



1. abfertigung der beantwoortung,
 ob ein meijerijen bij den
 vrouwenvnaam = leef mij en
 zyfden erelijkt soe. 1690
2. Christo = genetie untreueing
 ob en verdien die waerheit
Reest minch Amtel c. bij
 der absolution vngelyken
 kiene. 1733.
3. van Bashuyzen s. Henr. Jac. /
 diff. de theologie naturalis
 protestantia, Servestie 1726

- 4 Baumgarthen f. Sigism. Jac. /
Diff. de usu Legis necessario.
Hald, 1750.
- 5 ————— diff. de Permutatione
Christi Hominumq; in Des Jun
dicio facta legitime, Hald, 1750
- 6 ————— diff. de Peccatis
contra, sine, cum et ex Con
Scientia peccatis. Hald, 1750
- 7 ————— diff. de Fraternitate
Christianæ, Hald, 1750,
- 8 ————— Vindiciae adversus. Wilh.
Whitson Anglum, Hald, 1750
- 9 ————— diff. de varijs Modis
abutendi Evangelio, Hald, 1750,
- 10 Bodin. Christoph. Aug. f. diff.
ex Libro Generos Capit. v. i.
Helm. Rad. 1749.
- 11 Boot f. Matth. f. diff. de Prodesti.
natione Divina, Bremd, 1683.
- 12 Buddenf. ioh. franc. f. programma
invitatorium, de inspiratione
per se, 1715.

13. Calenberg s. Joh. Henr. f. diff. 21. de
Christologia iudaica, Halle 1750
- 14 Chlaeni s. Mart. f. Trifolium infanctus
Chilias mi, Deismi, et Apocatasta-
tissimi, Wittembergie, 1715.
- 15 Echardi s. Henr. f. diff. de Salute
Generis Humani per Lapsum pri-
morum Parentum amissa, et per
Christi obedientiam recuperata,
Gisse, 1608.
- 16 Academie Georgie Auguste
programma ad festum spiritus
s. Goettinge, 1737.
- 17 ————— progr. ad festum
Nativitatis Christi, Goettinge
1740.
- 18 ————— progr. ad festum
Nativitatis Christi, Goettinge
1739.
19. Hase s. Chr. Godoffr. f. diff. sistens
messiam in Iob, Halle 1750.
- 20 Heydeni s. joh. Huld. f. diff. de
Divinitate S. Scripturæ,
Halle, 1720,

21. Crüger f. Joach. oratio de
incarnatione salvatoris nostri
Iesu Christi, Wittenbergae, 1621.
22. Knapp f. Joh. Georgij f. diff. de
Raptu et Crux Pauli, Halle
1750.
23. Academie Fridericianae programma
ma in diem natalem Iesu Christi,
Halle, 1749.
24. Lyscr f. Polyc. f. diff. Religionis
nis est non cogere Religionem,
Lipsiae 1629.
25. Weller f. Jac. f. diff. an Heretici
cus hinc et fieri sit manuspan-
dus, Wittenbergae, 1628.
26. Lyscr f. Wilh. f. diff. de
conversione, an felicitas tempora-
ris sit nota Ecclesie, Wittenbergae
1629.
27. f. diff. de nomine Catholicis
Lutheranis attribuendo, et don-
tificis afferendo, Wittenbergae
1629.
28. f. diff. de questione, an
Ecclesie Regimen sit Monarchi-
cum, Wittenbergae, 1628.

129. Lyscr. f. Wittig. diff. an Lutherani
Dei Verbum habent. Wittembergij
1629.
30. ————— diff. De propria Evange-
lij Doctrina Wittembergij, Wittem-
bergij, 1628.
31. Marbachij f. phil. f. diff. De jejunio
et delectu Ciborum, Argentorati,
32. Martini f. Jach. f. diff. De justificatio-
ne Hominis eorumq[ue]a Deo. Wittem-
bergij 1609.
33. Merula f. Matth. f. diff. an Histero.
doxi metu poenarum ad fidem
Catholicam cogi possunt. Commo-
poli, 1620.
34. Moscherosch f. J. M. f. med. tation
sur la vie de Iesu Christ, in
Strasbourg, 1646.
35. Nicolai f. Gottl. Sam. f. diff. sistens:
difficultatem studij Sacri Codij
in cognitione elegantiorum
Litterarum apte minus, Halle
36. Oporini f. Joach. f. diff. Oracula Craie
Cap. XL-LV. plurquam Craiana
et Divina, Goettlinge 1710

37. Ofiander s. Joh. Adams. s. Diff. de
Tranmigratione Animarum Humanarum
ex suis Corporibus in alia Corpora,
Tubingae, 1750.
38. Ravensperger s. Herm. s. thematum
exegeticorum, Steinfurti, 1615
39. Reinhardi s. Laur. s. Observations
in Evangelium I. iohannis.
Lipseie 1751.
40. Reuter s. Mr. s. Typus Doctrinae
et theologiae moralis, Ferreto, 1718.
41. Schmeltzer s. Geth. Aug. s. offervatio-
nem de antiquo Basileensiis
Bibliotheca Codice Graeco. in IV Corin-
tiorum, Goettingae, 1750.
42. Nexus dictorum Epistole
ad Hebreos, Cap. V. vers. 11. usq; ad Cap.
VI. vers 12. Goettingae 1750.
43. Scherlock s. Bissell s. London s.
fifth booke, 1750.
44. Simonis s. Joh. s. Diff. de Ratione
quomodo a Reformatio in theologicii
usurpetur, Francof. 1691.


45. Stiegel f. Andrei f. Annotata
über Val. Alberti Generum,
1698,
46. —————— wird mit Gott.
franz. R. Wolf 1700.
47. Striezelitz f. Christopher. Friedl.
zur Verfolgung an Joh. Lysius
aus der Unmittelbarkeit
offenbahrung, franz. 1716
48. Walk f. Joh. Georg f. Heretius
orthodoxus, jene 1732
49. Westphal f. Balth. f. oratio
explicans Hymnum Moris
et Marci, 1621.
50. Winkelmann f. Joh. f. diff.
an Deum verbum, proprias
Iuar. excellentias realiter
assumptae humanitatis
communicaverit Giffl., 1607.
51. Zeltner f. Gustav. Georgij f.
Epistola de impedimentis et
adjudicamentis Converzionis iudeo-
rum principis. franz. f. 1735.


22

DISPV TATIO EXEGETICO - THEOLOGICA
P R I O R
D E
**R A P T V E T C R V C E
P A V L I.**

Q V A M
P R A E S I D E
VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO
IOANNE GEORGIO KNAPP
THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORDIN.
ORD. THEOL. H. T. DECANO
FAVTORE ET PRAECEPTORE
AETATEM COLENDO
D. SEPTEMBRIS A. C. 1755.
PVBLICE DEFENDET
AVGVSTVS GOTTLIEB MAIER
HALENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS ORPHANOTROPHEI.





§. I.

Raptum Pauli in caelum tertium ac paradisum, quem ipse 2 Cor. XII. litterarum monumentis mandauit, inter notabiliores ac difficiliores historiae sacrae partes locum habere, nemo facile dubitat, qui tot atque adeo discrepantes interpretum de illo sententias secum reputauerit. Duo vero maxime sunt, quae ingenia virorum doctissimorum valde exercuerunt. Primo enim apostolus auribus a se perceptorum in loco adeo illustri mentionem quidem facit; quae vero illa fuerint, aut ex quo rerum genere, non significat, sed *αεριτα ημετα* fuisse adfimat. Deinde malum aliquod singulare commemorat, Domini permisso ipsum excrucians, ne singulari illa reuelatione efferetur.

§. II.

Quod ad primum attinet, ea scilicet quae Paulus audiuisse se adfirmsat, occasionem illa attulerunt veteribus haereticis, libros commentarios incautis obtrudendi, Pauli scilicet Anabaticon, Apocalypsin et visiones. Audiamus hac de re **ΕΡΙΘΑΝΙΩΝ ΗΑΕΡΙΣ ΧΙΛΙΩΝ**. Cap. 38. ita scribentem: Παῦλον δὲ ἀλλο συνταγμάτιον πλαττεστη εξ ονοματος Παῦλος τω αποσόλε αεριταγγικας εμπλεων; ω και ο γνωστοι λεγομενοι χεωνται, ο αναβατικον Παῦλος καλεσι,

A

την

DE RAPTV PAVLI.

2

την προφασιν ευρεντες από τα λεγεν του αποσολου αναβιβληνται εως τριτης γενεας και αποκονι αρχητα ομαδα, αι και εξον ανθρωπω λαλησαι. Και ταυτα φασιν τα αρχητα ομαδα. i. e. alium insuper Pauli apostoli nomine libellum excigitarunt, plenum rebus, quae eloqui nefas esse; hunc et ii, quos Gnosticos vocant, adhibere solent, quod apostolus ipse testetur se in tertium usque caelum confundisse, et ineffabilia audiuisse verba, quae non licet homini loqui; haec autem inquit in arcana illa verba sunt. De Apocalypsi vero Paulina, ita scribit SOZOMENVS Histor. Eccles. Lib. VII. c. 19, την δε υην ως αποκαλυψιν Παυλος τα αποσολα Φρεσομενην, πη εδεις αρχαιων ειδε, πλεισι μοναχων επιστευσον. Επι ταυτης δε της βασιλειας ιχνευσονται τινες ταυτην πρηγματι την βιβλον. Δειγμα γυρις εις θειας επιφανειας εν Ταρσω της Κιλικιας κατα την οπικην Παυλος μαρμαρινην λαργυναντα υπο την ευρεθηναι, και ει αυτη την βιβλον ειναι. Ερομενω δε μοι περι των Φειδος εφησεν ειναι Κιλιξ πρεσβυτερος της εν Ταρσω εκκλησιας. Γεγονεναι μεν γυρις πολλων ετον και η πολια του ανδρα εδεικνυεν. Ελεγε δε μηδεν τοιστον επιστειδαι παρ αυτοις συμβαε, θαυμαζειν τε ει μη ταδε προς αιρετινων αναπτελεσαι. i. e. eam vero quae nunc quasi Pauli apostoli revelatio circumfertur, quam nullus veterum agnouit, plurimi ex Monachis velde commendant. Quidam autem adfirmant, huins de quo agimus imperatoris temporibus, (Theodosii Magni) repertum esse hunc librum. Aiunt enim apud Tarsum Ciliciae in aedibus Pauli arcam marmoream Deo reuelante sub terra inuentam esse, in qua hic liber esset reconditus. Mibi vero hac de re percontanti, falsum id esse dixit presbyter quidam ecclesiæ Tarsoensis, quem quidem iam grandacum esse ipsa canities indicabant; aiebat autem, se nihil eiusmodi apud ipsos gesum compresisse, ac suspicari ne id ab Haereticis confitum esset. Pluraveterum testimonia de his commenticiis Pauli libris qui legere cupit, singulari industria illa collecta inuenire poterit apud IO. ALE. FABRICIVM in Cod. Apocr. N. T. p. 943. seqq; qui etiam plures alios autores de his commentis tradentes nominat. *

§. III.

* Auctorem dialogi Philopatris inscripti, qui inter dialogos LUCIANI concordatur, hanc Paulinarnationem de raptu in caelum tertium impie traducere

DE RAPTV PAVLI.

5

§. III.

Nobis vero missis his rugis hominum otio suo atque ingenio, aliorum vero credulitate ad mendacia sua obtrudenda et aeternitati mandanda improbe abutentium, ita hanc Pauli narrationem in praefenti tractare visum est, ut primo probemus ipsi Paulo quae de raptu illo auditisque in caelo commemorantur, contingisse non alii cuidam; deinde ipsam orationem apostoli ad hanc rem pertinentem breui interpretatione illustrabimus; idquod ad inquirendam cognoscendamque veram vel saltim verisimillimam sententiam multum conferet; denique vero de iis quae in caelo audierit, ac de inseguenda grauissima castigatione differemus,

Pars prima qua probatur ipsi Paulo raptum illum contingisse.

§. IV.

Primo itaque cum illo Reginae Aethiopiae Eunicho (Actor. VIII, 34.) merito quaerimus, de quonam verba faciat

A 2

aposto-

ducere et ridere, iampridem obseruatum est a Viris doctis. Legitur vero locus ille in dialogo citato *Tom. 3. opp. lvc.* edit. splendidissimae IO. FRIDERICI REITZI §. II. p. 597. sqq. erit se habet: εγώ τι οὐδέποτε πάντων, καὶ τι το συνηρμα τω πάντως. Καὶ γε τις φύσις τανταπεκούσατερ συ. Ήγίκα δέρεται Γαλιλαῖος ενεγκένει αὐτοφιλοτερος, επιγενός εἰς τοὺς πάντους μεροβοστερος, καὶ τα καλλιστα εκφραστηκος, δι θεατος ημιανακατιστος, εἰς τα ταν πακαζινηχνηα παρασταθεντος, καὶ τα ταν αποβαθρων παρασταθεντος. i. c. Ego te docebo, quid sit hoc μνιεσμόν, et quis sit ante omnia, et quae πνιεύσι, sit combinatio atque constructio. Antea enim mihi quae iam tibi ψυχι venerunt. Sed postquam in Galilaeum incidi, recaligstrum, ναψημ, qui per aerem incedens, in tertium ψυχε cælum se penetraverat, resque omnium pulcherrimas ibi didicerat; is per aquam nos renouauit, impiorumque crepess regi- nibus in beatarum animarum vestigiis nos collocauit. LUCIANVM vero dialogi huius verum auctorem non est iam pridem probare conatisunt viri docti. Qua de re legi possunt notac variiorum initio dialogi in editione Reitziana subiectae p. 584. Inprimis vero argumentum de vero auctore ex instituto tractavit Vir CL. 10. MATTHIAS GESNERVS in *dissent, de actate et auctore dialogi Lucianei, qui Philopatris inservit,* quae subiecta est T. 3. opp. Luciani edit. Reitzianae p. 708. sqq. in qua Vir doctissimus id agit ut prober, dialogum post CONSTANTINVM M. regnante IULIANO scriptum esse.

DE RAPTV PAVLI.

4

apostolus in principio huius narrationis, vtrum nimirum de se ipso loquatur, an de alio? nam manifestum quidem est, rem ipsam totumque consilium apostoli id omnino videri postulare, vt de se ipsum loqui statuendi necessitas nobis omnino imponi videatur: interim tamen oratio illius ex parte ita est conformata, vt quis ad eam deduci possit sententiam, de alio quodam, non de se sermonem apostolo esse; quoniam ipsam patefactionem visumque a Domino obiectum commemorans, tertia persona vtitur; audiuit, *inquiens*, verba *agenta* homo ille in caelum tertium ac paradisum raptus. Ne igitur tale orationis genus minus vstatum quemquam offendat aut perturbet, duo in praesentiad hanc rem expediendam agemus; primo probare instituemus, Paulum omnino in tota hac oratione se ipsum dicere, ac proinde non de re quae alii sed quae sibi contigerit loqui; deinde caussas quoque quantum licebit, inuestigabimus, cur hac in re orationis genus minus vstatum adhibere maluerit quam sibi alias consuetum.

§. V.

Quod igitur ad primum attinet, *tria* in primis sunt, quae nobis persuadent, Paulum de se ipsum loqui non de alio. I) Enim cohaerentia totius orationis totumque apostoli consilium institutique ratio illud postulare videtur. Apostolus enim in ultima totius epistolae parte in eo maxime occupatus est, vt falsos apostolos, qui se apud Corinthios insolentius iactabant, refutet, eorumque furores reprimat, ac periculum ex illorum conatribus extimescendum a Corinthiorum cœruncibus depellat. Quoniam igitur sycophantæ illi Corinthios a Paulo non solum, sed etiam ab euangeliō illius ac proinde ab ipsis Christi societate alienaturi, id maxime agebant, vt de se multa gloriarentur, de Paulo vero eiusque rebus gestis ac gerendis contemtim loquerentur, multis partibus se illi anteponentes; apostolus peruersa hac agendi ratione, quae non tam ad se quam ipsum euangelium deprimentum pertinebat, contra voluntatem suam ac confuetudinem quasi coactus fuit, vt de se ac rebus suis muneribusque benevolentiae diuinæ in se collatis contra confuetudinem suam copiosius differeret, doceretque, se obtrectatoribus suis non solum in omnibus

DE RAPTV PAVLI

5

mnibus quorum aliquid aut habebant aut iactabant, parem, sed in plurimis etiam superiorem exstare, immo multa habere et perpersum esse, quorum plane nihil in iis appareat, nec cum vila veritatis specie iactari possit. Quoniam vero huiusmodi oratio ab apostoli de se loquentis ingenio ac voluntate aliqui plane aliena erat, ideo saepius repetit et inculcat, se loqui in insipientia, vel quasi in insipientia. Quod orationis genus ne quem offendat aut huiusmodi viro diuino indignum videatur, obseruandum est apostolum illud modo significare velle, insipiens omnino et inconfutum fore aut videri posse, tam multa de se ac rebus suis dicere, nisi supra commemorata necessitas reprimendi falsos apostolos ac salus Corinthiorum illud efflagitaret. Quod ergo Paulus alias facere non solebat, tempora tamen ut tum ficeret postulabant. Hinc videre licet, eum etiam alio tempore vbi eadem necessitas inciderat, idem fecisse, ut eorum vanitatem redargueret, qui non gloriae Christi ac saluti hominum, sed commodis suis inseruiebant. Illustris maxime hanc in rem locus est in epistola ad Philippenes (Cap. III). *Videte canes, inquit, videte malos operarios, videte concisionem.* Nos enim sumus circumcisio, qui Deo spiritu seruimus, et gloriamur in Iesu Christo non in carne confisi. *Quanquam et ego habeo fiduciam etiam in carne.* Si quis alius putat confidere se posse in carne, ego multo magis; oclauso quippe die circumcisus, ex gente Istralitica, ex tribu Beniamini, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus; secundum zelum persequens ecclesiam, secundum iustitiam quae in lege est factus irreprehensibilis, sed quae mihi fuerant lucra; duxi propter Christum iacturam. Quae cum ita sint, facile cuius apparent, huic apostoli instituto, demonstrare volentis quantum inter se ac calumniatores intersit, longe aptius esse, si in hac orationis suae quam nunc tractamus parte, sicut in reliquis, aliquid commemoret, quod ipsi contigerat, atque ita comparatum erat, ut ipsi honorificum videri, atque idcirco falsis apostolis occasionem obtrectandi seque illi exaequandi immo anteponendi quamcunque aucupantibus, commode opponi potuerit.

A 3

§. VI.

§. VI.

Quodsi etiam forte quis dicere velit, raptum illum non quidem ipsi Paulo, sed alii cuidam vatum fortasse illius temporis contigisse, audita vero et forte etiam visa in caelo ad Paulum eiusque laudem et confirmationem pertinuisse, quae forte vnica verisimilior ratio est sententiae contrariae aliquam probabilitatis speciem conciliandi; (de Oederiana enim sententia infra dicemus,) facile tamen apparet, durius hoc inventum esse et minus credibile; idque *primo* eam ob causam, quoniam apostolus nimis obscure hoc indicasset, incertamque nimis coniiciendi et hariclandi materiam nobis attulisset; *deinde* opinioni huic illud in primis repugnat, quod tum obtrectatores apostoli totam rem auditam in Paradiso ac forte etiam vilam facilius criminari, eiusque certam fidem in dubitationem ac suspicionem adducere potuissent, si Paulus alieno tantum testimonio tanta ac singulari in re maxime nixus esset. Credibile itaque nobis non est omnibus rite expensis, apostolum tale quid, quod criminatio nimis apertum erat, huiuscemodi invidis opponere voluisse, quibus propter effrenatam criminandi lubidinem, omnes illius rei causas sollicite tota epistola praeccidere conatur.

§. VII.

II) Eo quoque confirmatur sententia communis, quoniam in ipsa narratione multa occurunt, quae illam valde confirmant et commendant, quorum praecipua breuiter tangemus. Primum est quod apostolus, ut verba illius clare docent, in eo maxime elaborat, ut nobis persuadeat, rem quam narrat vere contigisse; hinc non semel sed iterum dicit, *nouï hominem raptum.* &c. Rem itaque sibi plane exploratam esse et certissime constare affirmat. Quis vero negabit, apostolum tum longe certius veritatem rei gestae et ipsum perspectam habere potuisse, et etiam aliis facilius persuadere, si ipsi potius quam aliis contigit. Accedit quod apostolus quoque aliquid in raptu illo suisse significat, quod adhuc dubium et non satis exploratum sibi sit, bis dicens: *vtrum in corpore fuerit an extra corpus NON NOVI, deus novit;* quae

quae dubitatio hoc modo verbis expressa, aptior sane est ad nos-
bis persuadendum, Paulum se ipsum potius quam alium in tota
hac oratione dicere. Nam si de alio quodam loquereur, cui
res illa contigerit, qui vero vnicum illud, *vtrum scilicet in corpor-
re an extra fuerit*, non satis exploratum habuerit; hunc in modum
credo potius locutus esset; *vtrum in corpore an extra cor-
pus, non novit*, scilicet homo ille; cum vero in sua ipsius per-
sona dicat, non *novi*, haud obscure significare videtur, se ip-
sum esse hominem illum, non vero alium. Ipsum quoque ex-
ordium totius orationis, *vt vnum hoc quoque adhuc, in hunc*
argumentorum locum coniiciamus, communi sententiae valde
fauet. Apostolus quippe (Cap. XII, 1.) veniam enim, inquit, ad
visiones et revelationes Domini. Nulla satis grauis caussa hic
*apparet, cur apostolum generatim modo de toto visionum et re-
velationum genere hominibus quibuscumque factarum, verba fa-
cere statuimus; ac cur non potius vel vnicem vel saltim maxime de*
*visionibus et revelationibus sibi a Domino tributis loqui censem-
dus sit. Nam ex historia illius abunde constat saepius ipsi Do-
minum apparuisse, et cum eo locutum esse, quae ad animum*
illius excitandum confirmandumque pertinebant, vt proinde in
plurimi numero de visionibus et revelationibus sibi factis loqui
potuerit. Quod si ita est, atque adeo apostolus de visionibus
*et revelationibus non quibuscumque, sed sibi maxime obiectis lo-
quitur, quid verisimilius esse potest, quam illam quoque reue-
lationem, quam exempli loco subiicit, ex eorum numero fuisse,*
quae ipsi contigerant. Liceat vnum adhuc argumentum ex
*ipsa apostoli narratione hac de re petitum, atque ideo ad secun-
dum hunc argumentorum locum pertinens, in medium proferre.*
Apostolus scilicet adfirmat, hominem quem sublimem inducit
*raptum, audiuisse verba *aeginta*, quae non liceat homini loqui.*
*Quocunque demum modo verba haec ad intelligendum difficulta-
tora interpretemur qua de re infra proprius dicendi locus erit;*
id tamen certum est, illam interpretationem planissimam esse aut
in minimas saltim difficultates incurrire, in qua id pro certo
*ponitur, ipsum apostolum fuisse, qui verba illa *aeginta* in cae-*

DE RAPTV PAVLI.

lo audiuerit. Faciamus enim, alium quendam in caelum raptum *aegyptia* illa audiuisse, alterutrum tum certe factum esse necesse est, vt Paulo illa aut enunciauerit aut non. Si hoc placeat, non apparet quomodo Paulus in oratione contra obrectatores ad illa valde prouocare, aut multum in iis ponere potuerit, quae tamen qualia fuerint ipse nesciebat; si vero illud eligamus, verba illa Paulo certe enunciata non satis commode *aegyptia* appellari possunt, quamcunque etiam ceteroquin notionem sub hoc vocabulum subiiciamus. Quodsi enim statuamus solum Paulum ex eorum numero fuisse exceptum, quibus verba illa dici aut non debuerint aut non potuerint, cuilibet sane facile perspicuum est, quam multa in gratiam modo sententiae adamatae commisicenda ac supplendasint, quorum nullum vestigium in oratione apostoli reperitur. Si vero statuas, verba illa modo respectu Pauli ipsius dici *aegyptia*, quippe qui illa nemini mortalium enunciare aut debuerit aut potuerit; rursus apparet, multa tum dici quae ad probandum difficilia sunt.

§. VIII.

III) Tertium denique ad sententiam nostram probandam argumentum ex eo, quod reuelationem illam insequutum legitur, ducimus. Fuit scilicet illud malum valde excrucians apostolo eam ob caussam illatum, ne sublimi reuelatione efferretur. Res itaque ita erat comparata, vt periculum elationis et quidem longe maius quam aliis ex rebus magnopere Paulo metuendum esset, cui malo graui admodum ac forti medicina occurri oportebat. Iam vero quemlibet facile concessurum arbitramur, magnitudinem periculi illius tum longe faciliorem esse ad intelligendum, si ipse apostolus raptus ac dignus habitus fuit, verba illa *aegyptia* audiendi, quam si modo ab alio audita cognoscere licuisset.

§. VIII.

Alterum iam adhuc restat supra propositum atque in prima vniuersae orationis nostrae parte adhuc expediendum, vt scilicet in caussas inquiramus, cur apostolo tali orationis genere vti placuerit, vt primo adspectu, non de se ipse, sed de alio loqui videatur

DE RAPTV PAVLI.

videatur, quas omnino non esse nullas plane persuasum habemus, etiam si forte hodie illas certo inuestigare ac definire difficile est. Primo itaque id merito obseruamus, huiusmodi orationis genus non plane inusitatum aut a consuetudine abhorrens esse; quam ob rem criminis illud apostolo dari non debet. Sicut igitur aliis in locis in sua persona aliquid enunciauit, quod tamen saltim proxime non ad ipsum, sed magis ad alios, pertinebat; ita mirum videri non debet, quod hoc in loco contrarium facit, atque ad se pertinientia quasi de alio enunciauit. Occurrat quidem alibi nullum in scriptis ipsis exemplum plane simile; in promtu tamen sunt, non plane dissimilia; sic v. g. in priore ad Corinthios Epistola (c. I, 13.) ubi apostolus, *quid? num Christus, inquit, distractus est? an Paulus pro vobis in crucem actus est?* loco eius quod dici debuisset, *an ego pro vobis in crucem actus sum.* Deinde non videmus cauissam idoneam cur communem plurimorum sententiam improbemus, qui existimant, apostolum ex viuida indignitatis suae conscientia et ex intimo quem haec scribens percipiebat, submissionis animi sensu, hoc orationis generre uti voluisse, quo suam aliorumque mentem magis a re adeo magnifica abduceret. Accedit quod fortasse colaphos Satanae magis extimescebat, si ea de re aut cogitaret acrius aut planius loqueretur. Nec enim tempore illo malo grauissimo vel saltim illius metu plane liberatus fuisse videtur.

§. X.

Communi vero huic interpretum et veterum et recentiorum sententiae nobis quoque probatae, intercessit Reuer. D. GEORG. LVDOV. OEDERV^S, qui probare instituit, raptum hunc non ipsi Paulo sed alii cuidam contigisse. Egit vero illud primo Dissertatione aliqua occasione dedicationis Gymnasii Carolini edita Onoldi, quam deinde *Animaduersionibus sacris* inseruit, inter quas primum locum tenet. Cum vero multi contra nouam hanc sententiam varia monerent, filius auctoris GEORG. WILHELM. OEDERV^S, vt ipse pater in praefatione *Animaduersionium* narrat, Dissertationem de hoc arguento edidit, ac defensio nem sententiae paternae in se suscepit, quam tamen diu licet multumque

B

tumque

tumque inquisitam nancisci nobis adhuc nondum licuit. Nobis in praesenti constitutum est, duo hic agere; *primo* ipsam Reu. o EDERI de raptu hoc sententiam ipsius verbis breuiter comprehensam sub adspectum lectoris subiiciemus; *deinde* de argumentis auctoris ex parte dispiemus, quibus communem sententiam la-
bescere, contra vero suam approbare et munire conatur.

§. XI.

Quod itaque ad primum attinet, ipse auctor Doctissimus (*Animaduers. I. p. 16. 17.*) suam sententiam breuiter complectitur, ac Paulum ita loquentem inducit. *Nibil mihi prodest gloriari, iactantia potius abstinere penitus necesse est.* Nam postquam enarrauit varia calamitatum genera, quibus me effixit sanctissima prouidentia Dei, veniam quoque ad reuelationes et visiones eius argumenti, ut plane necesse sit mecum habitare minimeque efferri. Duas autem narabo: *mibi monstratus est pius quidam mihiisque probe cognitus Christianus, dudum pie defunctus,* ut adeo utrum sola anima, an hacc corpori suo redditia, mihi offensa sit, ignorem, quae et seire me Deus noluit. *Is in tertium caelum, nam triplex mihi in visione monstratum est, ad Deum rapi visus, et verba baurire, qualia effari nemini mortalium par est, quasi intimae admissionis amicus.* De hoc quoniam constat longe mihi antehabitum esse, gloriari decreui; in hoc ornando diuinam benignitatem potissimum admiror. *De me nihil praedico, nisi quod multa me pati Deus voluit, et humilem abieclumque esse.* Haecenus OEDERV. Ex hac sententiae ipsius breui expositione appetet, Virum Reuerend. persuasum sibi habere, orationem apostoli eiusmodi interpretationem postulare, secundum quam ratio raptus huius ita comparata sit, ut ex eo adeo nulla ad animi elationem sollicitatio extimescenda fuerit, aut oriri potuerit, ut potius per se et sua natura ad apostolum deprimentum multum conferre debuerit. Ratio rei ex auctoris interpretatione in eo posita est, quoniam ex eo, quod alteri contigerit, perspicuum sit, fratrem illum pridem defundatum, atque in visione in caelum tertium rapi visum Paulo longe multisque partibus a Deo antepositum esse; id quod caussam adserre debuerit apostolo modeste de se sentiendi, cum videtur alias fideles propioris adhuc admis-

admissionis esse, et maiori familiaritate Dei dignos haberi quam se ipsum. Huc itaque Doctissimus Autor in dissertatione sua omnia consert, vt probet totam apostoli orationem, in eam quam modo diximus, sententiam interpretandam esse.

§. XII.

Ante vero quam ipsa argumenta Viri Doctri, quibus suam sententiam confirmat, videamus, vnum modo in antecessum monobimus, quod nobis totam illius interpretationem, sententiamque apostolo tributam admodum suspectam reddit. Pro certo ponit Vir Doctissimus, ac pro sententia sua ponere cogitur, Christianum illum eo tempore, quo illum Paulus in caelum vidit rapi, iam fuisse pie defunctum. Quod si ita se habet, ex eo consequi necesse est, fratrem illum eo ipso tempore, quo Paulus eum rapi vidiit, iam in caelo tertio ac Paradiso degisse, gloriae et beatitudinis futuri seculi, saltim quod ad animam attinet, partipem, ac proinde longe archiori cum Domino societate ibi vsum fuisse, quamquae in statum huius vitae cadit (conf. 2 Cor. V. Phil. I.) Concedi hoc ab omnibus necesse est, qui sacris litteris praeuentibus pro probato sumunt, animas fidelium corporum societate solutas confessum in caelum peruenire, atque ibi in statu aliquo valde beato et glorioso collocari. Si ergo idem Christiano illi iampridem configerat, vt in paradyso viueret, mirum merito alicui videcipotest, qui factum sit, vt longo vel saltim aliquo tempore post, Paulo eo demum rapi videretur, vbi iampridem fuerat. Conuentius potius fuisset eum Paulo proponi tanquam pridem in caelo tertio collocatum. Si vero quis tanti hoc esse non putet, vt per id sententia Oederiana minus verisimilis reddatur, vnuus tamen adhuc scrupulus supereft, non tam facile eximendus. Ponere scilicet cogitur Vir Doctissimus, Paulum vitam in his terris adhuc agentem, per hanc visionem idcirco deprimi debuisse, quia homo alius, et quidem per id quod post hanc vitam in Paradyso ac proinde in caelesti et gloriofo statu expertus fuerat, ipsi antepositus archiorique familiaritate Dei dignus fit habitus. Nos vero non perspicimus, quomodo Paulus in terris adhuc viuens, per comparationem huiusmodi hominis,

DE RAPTV PAVLI.

qui per mortem in caelestis et immortalis vitae statu iampridem collocatus erat, singulariter deprimi potuisset. Ratio rei in eo posita est, quoniam ipsa natura translationis in Paradisum statumque caelestem id necessario efflagitat, vt quilibet fidelis in ecclesiam triumphantem iam translatus, felicior et Deo coniunctior sit et censeatur, quovis alio in militante adhuc versante; ita vt iure dici possit, minimum beatorum in caelo maiorem tamen esse maximo fidelium in terra. Interim tamen quilibet fidelis in terra certam spem habet in eundem aliquando locum ac felicem statum perueniendi, in quo alter vita iam functus collocatus est. Quamobrem posterior hic non commode dici potest priori illi antepositus, vt prior ex eo caussam habeat idoneam eo magis se submittendi, quia quasi minoribus bonis in hac vita in terris a Deo adfectus fit, quam alter in seculo futuro in caelo. Tum igitur caussa submissionis maioris idonea demum fuisse Paulo, si vidisset alii cuidam pariter in terris atque adeo in militante adhuc ecclesia secum viuenti, aliquid praecipui, quod ipsi sperare non temere licuisset, a Deo tributum fuisse; vt v. g. in caelum tertium raperetur. Tum enim alter alteri dicitur proprie antepositus, si uterque eadem vel saltim simili conditione vitae est, ac nihilominus in alterum aliquid praecipui confertur, ad quod alteri tam facile adspirare non licet. Si vero quis excipere vellet, Paulum adhuc viatorem homini illi iam perfecto atque in patriam iam ingresso sese comparantem caussam habuisse eo magis se submittendi, quia spes ipsi praecisa fuerit, eundem aliquando post excessum ex hac vita gloriae gradum descendendi, quem ille in visione monstratus consequentur fuerat; facile apparet, commentum hoc fore in gratiam adamatae semel sententiae modo confitum, cuius nullum plane vestigium in sermone apostoli conspicitur. Immo si id tantum hac visione agebatur vt Paulus ea edoceretur, homines in patria iam viuentes viatoribus multum praefare, illa sane plane non videtur necessaria fuisse; quoniam id apostolo certe minime ignotum esse poterat.

§. XIII

§. XIII.

Videamus vero iam potiora Clar. OEDERTI argumenta, quibus suam sententiam confirmat, contrariam autem communique fere interpretationem consensu probatam refellit. Primo itaque (*Animaduers. Sacr. p. 5.*) maxime vrget comma quintum, ubi Paulus ex illius versione, *de tali*, inquit, *gloriabor, de me vero non gloriabor.* Hic manifestum esse dicit, *verba vτερ τε τοιτο* opponi *verbis vτερ δε εμαυτο*, coniunctionem aduersatiuam δε habentibus, ac Paulum proinde aperte se ipsum homini illi in Christo, quem verbis *vτερ τε τοιτο* designet, opponere, atque idcirco etiam necessario ab illo distinctum esse debere. Primo concedimus Viro Reu. verba *vτερ τε τοιτο* in genere virili commodissime accipi, secus atque a nonnullis interpretibus fit, qui in genere neutro accipiunt, atque ita vertunt, *de tali re gloriabor*, i. e. gloriari possem. Verisimile enim est, verba *τε τοιτο* c. 5. respicere verba *τον τοιτο* c. 2. 3. Cum igitur hic vocabulum *τοιτο* non ad rem sed ad personam pertineat, credibile est c. 5. illud in eandem sententiam accipi; qua de re parte secunda disputationis nostrae agemus, in qua ipsa apostoli verba explicare constitutum est. Sed licet hoc Viro Docto concedatur, nondum tamen idcirco concedi necesse est, apostolum se ipsum ab illo homine in Christo distinguerre. Tum enim id demum consequetur, quod Vir Doctus vult, si probatum esset, praepositionem *vτερ* necessario vertendam esse per *de*, nisi manifestam oppositionem per coniunctionem aduersatiuam δε significatam plane perire velimus. Cum vero etiam et quidem ex vsu biblico aliter atque ita verti et accipi possit, vt oppositio, quam Paulus inter verba *vτερ τε τοιτο* et verba *vτερ δε εμαυτο* facit, accurate conseretur, quemadmodum parte secunda ostendemus; cadere ea necesse est, quae Vir Doctus cum ex significatione vocabuli *vτερ*, quam ipse hoc loco praefert, tum ex vera notione aduersatiuae δε contra communem sententiam deponit. Nec labefacient etiam nostram interpretationem infra exhibendam, quae Reu. Auctor (p. 6. 7. et 8.) disputat, quaeque eo maxime redeunt: ex communi sententia Paulum commate quinto negare, se loqui et

DE RAPTV PAVLLI.

14

praedicare velle de reuelatione illa magnifica sibi facta, et tamen in superioribus commate scilicet 3 et 4 id iam fecisse atque etiam in sequentibus facere, quae agendi ratio cum candore apostoli coniungi nequeat. Commodo rem enim interpretationem, quae difficultates has effugiat, verba apostoli habere posse et habere, ex iis patebit quae parte secunda ad explanationem sermonis Paulini comparata dicemus. Praesidium porro aliquod sententiae suae Vir Reu. (p. 13. seqq.) in eo ponit, quod visitatissimam coniunctionis causalis γε potestatem c. 1. retineat, quam plurimi interpres aliter sentientes perperam per tamen aut aliud vocabulum idem significans verterint, aut saltim, retenta visita illius notione, non satis apte ad sententiam vulgarem accommodare potuerint. At vero explicatio nostra infra docebit, consuetam coniunctionis γε potestatem in nostra sententia aequem commode, si non commodius, quam in Oederiana retineri posse. Denique Vir Doctissimus persuasum quoque sibi habet (p. 18 seqq.) vocabula επος τε σωματος (c. 2. 3.) a nemine illorum commode explicari posse, qui ab ipso dissentiant. Quae vero ad diluenda illa quae obiicit pertinent, infra in medium proferemus, ne in praefenti nimis longi simus.

§. XIII.

Perspexit interim Vir Clar. suam sententiam in varias difficultates minime leues incurtere; hinc se ex illis expedire conatur. Operae pretium igitur erit videre quam feliciter id praefest. Maximam difficultatem ergo ipse exponit (p. 9.) apostolus accepit, inquiens, *caſtigationem fatis acerbam diuinitus, ne maximis reuelationibus turgesceret superbiretque.* Ergo infitandum non est, iſtas reuelationes ad ipsum apostolum pertinere. Quid enim si alius acceptisset iſta decora, vel apostolus iis efferrri, vel ne id fieret Deus infitata calamitate praeccauere voluisse. Ita Vir Doctissimus ipse difficultatem, qua sententia illius laborat, distincte explicat. Iam vero audiamus, utrum nodos quibus se constrictum sentit soluat an scindat. Primo opponit dissentientibus ordinem verborum sententiae illorum non satis fauentem. Apostolum enim si idem sensisset quod ipſi, non scripturum fuisse ait, *Kαι τη υπερβολῃ των αποκα-*

αποκλινθεων ινα μη υπεραιωμαι, sed potius, ινα μη υπεραιωμαι τη η.τ.λ. Verumquam leuis sit haec obiectio, ipse Vir Doctus (p. 10.) non obscure fatur, quippe quem minime fugit, latinos et graecos in verbis collocandis ordine naturali et grammatico non ita adstringi, ut sibi religioni ducant ab illo frequentissime recedere. Ut taceamus, Reu. OEDERI sententiam in eandem plane difficultatem incurrire, quam contrariae obiicit. Nam si in illius sententia ordo verborum grammaticus et maxime naturalis accurate retineri debeat, ita scribendum est, ινα τη υπερβολη των αποκλινθεων, εδει μησ σκοληψη τη σαξη η.τ.λ. ινα μη υπεραιωμαι. Deinde praesidium petit Vir Reuer. a vocabulo *υπερβολη*, contendens, illud quidem, si id quod nimium est significet, de rebus dici, in quibus modus excedatur, non vero idem fieri, si excellentiae notio ipsi subiicitur, quae ex vulgari sententia hic subiecta sit; in hoc enim casu modo in personis ponit solere. Sic dici v. g. *υπερβολην τιμωριας*, si in suppliciis sumendis modus excedatur. Contra haec vero sequentia observari velimus. 1) Vocabulum *υπερβολη* si originem illius spectemus, generatim transitum modi communis significat, siue id fiat in bono siue in malo. 2) Ipse Doctiss. OEDERVIS (p. 11.) negare non audet, exempla a Raphelio ex Polyb. prolata probare, vocabulum *υπερβολη* interdum saltim excellentiam significare, vbi de rebus dicitur. Id quod etiam ex illo loco appetat, quem ipse Vir Doctissimus (p. 10.) ex Thucydide profert; quippe in quo *υπερβολη αετης*, quod ipse *summus virtutis gradus* verit, nihil aliud est aut esse potest, quam *excellenta virtutis* siue quod idem est, *summa aut excellentissima virtus*. 3) Cum Vir Doctissimus verba *υπερβολη των αποκλινθεων* nolit verti *excellentia reuelationum*, sententiam toti commati durissimam, vt lenissime dicamus, tribuere cogitur, quae quantum nos videmus aegre concoqui potest. Statuit scilicet, si ea quae (p. 10. 11. coll. p 22. seqq.) in medium profert, in unum conferamus; vocabulum *υπερβολη* significare hoc loco *finem* siue *extremum reuelationum* illarum, in quibus alium quendam in caelum rapi viderat. Hoc pro certo posito, hanc apostoli veram sententiam esse existimat. In fine illarum visionum
supra

DE RAPTV PAVLI.

supra c. i. indicatarum, quae mihi Damasci primo conuersonis tempore versanti contigerunt, et ultimo quasi loco obiecta mihi est imago calamitatum innumerarum grauissimarumque, quae perpeti deberem in posterum. (conf. Actor. IX, 5. 16.) Vidi etiam in visione angelum Satanam colaphis me caedentem, ad significandas calamitates variis generis a Satana excitandas. Hac vero omnia in visione facta, mibi que tempore illo ostensa sunt, ne hostis Christi manerem et pergerem saevire et insultare, sicut adhuc feceram, ecclesiae. Haec interpretatio, quam aliena sit ab omni verisimilitudine, et in quantas difficultates incurrat, paucis ostendemus. (1) Vir Doctissimus notionem vocabuli *υπερβολη* hic eligit, quam solide probare in huiusmodi oratione nunquam poterit, ut scilicet finem, extremum sive exitum rei alicuius gestae significet. Exemplum, quod ex Polybio profert, qui *υπερβολας των ορων* commoret, rem non conficit. Quodsi enim vel maxime concedamus, vocabulum *υπερβολη* hoc loco simpliciter finem sive extremum, verticem significare, quod tamen nobis nondum plane exploratum videtur; ex eo tamen non sequitur, posse etiam vocabulum ad finem seu extremum rei gestae et euentus alicius transferri. Sic v. g. latine quidem vistate dicitur, *vertex* montis pro illius *extremo*, sed ideo non statim licet etiam dicere *vertex* orationis vel rei gestae, pro illius *sive extremo*. In libris N. T. saltum in eam sententiam, quam Vir Reu. in gratiam interpretationis suae defendere cogit, nusquam accipitur. Locus (2 Cor. IIII, 17.) eum plane nil iuuat, quippe qui non nisi dura et obscura interpretatione adhibita aliquid confert ad sententiam semel adamatam probandam. Lectores enim incorrupti et liberi iudicii facilius credent tenebras interpretatione Viri Docti loco illi offusas, quam vt ipse sibi persuadet, lucem vel saltum *luculam*, quemadmodum loqui amat, adlatam esse. (2) Ex sententia Clar. ODERI verba *την υπερβολην των αποκαλυψεων* non vt ab omnibus aliis interpretibus factum est, cum verbo *υπεραιωμεναι* coniunguntur, sed potius cum verbis, *εδοθη ποιησιολογιη*. ut. t. λ. hoc modo: *in fine revelationum illarum data mibi est fides in carne Ec. ne esserar i. e. rursus ecclesiae vt olim insul-* tem.

tem. Verum enim vero, si verba τη υπερβολη τωι αποκαλυψεων ita interpretanda, nec cum verbo υπεραιωμα iungenda essent, apostolus sine dubio dixisset, εν τη υπερβολη &c. Nec enim haec vel alia similis praepositio in hoc orationis genere facile pratermissa fuisset. (3) In gratiam sententiae suae multa sentire vel potius comminisci cogitur Vir Reu. quae ex oratione apostoli minime colligi possunt. Cogitur enim primo statuere quae c. 7. de fude in carne & angelo Satan dicuntur in visione modo Paulo ostensa esse, cum tamen apostolus dicat εδοθη μοι κ. τ. λ. data mibi est fudes &c. non ostensa modo. Deinde dicere quoque cogitur, (p. 26.) preces quibus malum illud deprecatur est apostolus, pariter in visione modo esse fusas, cuius tamen rei nullum plane vestigium appetit. (4) Durum etiam est quod finem visi huic hunc fuisse dicere cogitur, ut ne apostolus pergeret fauere et ecclesiae insultare. Primo enim Paulus etiam ex Viri Docti sententia iam emendatus et Christo addictus erat, cum fudes illa et angelus Satan ipsi in viso monstrarentur. Hinc vix credibile est, tristibus adeo ac minacibus visis impendentes calamitates praenuntiantibus apud ipsum fuisse opus, ne plane rursus a Christo deficeret, immo ne denuo in ecclesiam fauaret. Licet enim libenter concedamus, calamitates fidelibus eo quoque consilio adserri a Deo, ne refrigescant, atque ut contra pericula desperationis muniantur; Paulus tamen, vbi de suis calamitatibus loquitur, quod locis innumerabilibus sit, nunquam vel minimo indicio significat, se eam maxime ob caussam tot malis prae aliis apostolis cumulatum esse, vt iis quasi refrenaretur, ne rursus fauaret et ecclesiae insultaret. Iniurius sane nobis in apostolum esse, immo ipsi contradicere videtur, qui statuit eum minis potius ac terribilibus visis in officio retineri debuisse, quam cogitatione indulgentiae diuinae, quam statim in principio conuersonis plane singularem expertus fuerat.. Ipse certe apostolus caussas impellentes, cur in officio maneat, longe alias commemorat, quando id agit, quam quas Vir Reu. hoc loco in gratiam interpretationis suae ponere cogitur. (cf. Phil. III, 7. seqq. 2 Cor. III, 10. II. 14. 15. 16. seqq.) Deinde verbum υπεραιωμα proxime et proprio

C

non

DE RAPTV PAVLI.

non significat saeuire et insultare, sed animo efferri, sibique cum aliorum contentu placere propter praestantiam rei alicuius magna quam quis consequitus est; licet ex illa animi elatione postea saeuia in alios oriri possit. Persuasum nobis habemus, lectorem attentum atque a partium studio remotum facile perspectivum, difficultates in quas Vir Reu. in interpretando c. 7. et 8. ideo se coniicere cogitur, quoniam negat Paulum fuisse hominem illum in caelum tertium raptum, multis partibus grauiores esse, quam illam, qua sententia vulgaris implicatur, in eo positam, quod Paulus scilicet tanquam de alio loquatur, cum tamen se ipsum dicere et intelligi voluerit.

§. XV.

Supereft adhuc vna difficultas, qua sententia Oederiana premitur, quam auctor, cum illam animaduerteret, ita simul exponebatque effugere conatur (p. 9. 10.) *Nihil præterea, inquit, vel suspicari potui, quo compelli se fuerint passi interpres, ut apostolum et hominem in Christo eundem crederent, nisi quid fortasse 2 Cor. XII, 21. nonnullos mout.* Nam cum de se fateretur *γενοντας και ουκ επιβαλλοντας ιησον με πρωτηστατη, sane quae paulo ante dicta sunt, ad laudem pertinere videntur, non alterius cuiusquam, sed apostoli ipsius.* Verum paucis respondeo. Gloriatuſ utique fuerat Paulus, sed quad probe notandum, non de iis quae accepisset, sed quae et passus essent in honorem Supremi Numinis, c. 5. et quae ipsius quidem et ceterorum apostolorum opera facta essent, sed a solo Deo c. 12. Reuelationes autem apostolo factas continere aliquod laudis argumentum, vel ipsum esse qui in tertium caelum raptus est, minime sequitur. Ut itaque difficultatem animaduersam effugias Reu. Auctor, negat Paulum vlo modo gloriari voluisse rebus ad laudem suam pertinentibus; idque ex eo probare instituit, quoniam apostolus ipse dicat, c. 5. (coll. c. XI, 30.) se non nisi infirmitatibus suis siue calamitatibus, aut saltim iis modo bonis, quae Deus per ipsum ad aliorum salutem fecerit, gloriari velle. Sed minime hoc modo se expedit Vir Doctus. Nam si apostolus c. 5. (coll. c. XI, 30.) simpliciter negaret, se rebus ad laudem suam pertinentibus gloriari velle; facilius ipsis huic effato repugnasset. Nam inter illa, quibus

Cap.

Cap. XI, 7-12. et 22-29. gloriatur, aperte talia sunt, quae sane non ex calamitatum, sed ex earum rerum genere sunt, quae ad laudem apostoli existimationemque apud alios pertinebant; v. g. quod nullum stipendium a Corinthiis accepit, quod Ebreaus, quod Abrahami seimen &c. fuerit. Quodsi vero excipere velis, apostolum post vocem, *se infirmitatibus gloriari velle*, Cap. XI, 30. et Cap. XII, 5. semel iterumque editam, non amplius gloriari voluisse aut debuisse rebus ad laudem suam pertinentibus; etiam hoc falsum esse res ipsa docet. Nonne enim illa omnia qua Cap. XII, 14-18. profert, ita sunt comparata, vt ad laudem illius pertineant? et nonne toto Cap. XIII. multa prædicat de potestate a Domino sibi data, qua in Corinthios uti possit? nonne etiam ad laudem pertinet, quod negat, se vel summo apostolo inferiorem esse? (Cap. XII, 11.) Si ergo apostolus vocem illam suam, *se infirmitatibus gloriaturum*, vel maxime non diserte angustioribus finibus circumscripsisset; ipsis tamen factis suis nos doceret, illa non simpliciter sed cum aliqua exceptione esse intelligenda. Iam vero diserte quoque aliquam exceptionem ipse fecit, c. 9. ita scribens: *lubenter igitur potius gloriabor infirmitatibus*. Vides aperte, apostolum hic comparete loqui, atque id dicere, quod potissimum et maxime faurus sit; quo ipso tamen cauet, ne quis putet se plane nihil de aliis rebus dicturum, quae in infirmitatum genere positae non sunt. Tacemus, commemorationem calamitatis, (Cap. XII, 7.) quae praetermissi non debebat in infirmitatum genere, quia maxima et atrocissima erat, postulasse mentionem aliquam rei summae et plane extraordinariae, quae illius caussa atque occasio exstitit: quoniam alioqui nuda commemoratio, infulti mali aut non satis intelligi, aut etiam facile cuiquam offensioni esse, immo a falsis apostolis, hominibus sane maledicentissimis, criminis dari potuisset Paulo. Iustam ergo causam habuit apostolus, etiam post editam vocem illam (Cap. XI, 30.) tangendi nihilominus rem aliquam, quae non ex infirmitatis sed ex laudis genere erat. Unum adhuc occurrit, quod *Oederianam* sententiam premit. Dura scilicet et difficilis in illa euadit interpretatio c. 6. Dixerat nimurum Paulus c. 5. *protalgoriani possum*.

DE RAPTV PAVLI.

Iam igitur c. 6. caussam illius rei subiecturus, id quod coniunctio γει indicat, ita pergit: nam si vellem gloriari non essem futurus insipiens, quia verum dicerem. Hunc in modum verba apostoli cohaerent et optime sibi constant, ut infra pluribus docebimus. Si vero Oederianam sententiam sequamur, sensus verborum c. 5. hic erit: de alio quodam in caelum rapto mihique longe anteposito gloriabor, de me vero infirmitates modo praedicabo. Nam si gloriari vellem de rebus praecellari ad me pertinentibus, (ita ipse OEDERVIS verba haec c. 6. explicat p. 22. extr. et 23. in princ.) non forem stultus etc. Quilibet facile animaduertit in hac verborum interpretatione positam ab apostolo coniunctionem caussalem γει non satis conuenire, orationemque minus bene cohaerentem facere. Quodsi enim Paulus illud dicere voluisset, quod haec interpretatio indicat, ponenda potius c. 6. fuisset coniunctio aduersaria de h. m. Quodsi vero nibilominus de rebus praecellaris gloriari vellem, non agerem stulte, quia multa habeo ex hoc genere, quae sahia veritate dicere, possem.

Pars secunda, qua ipsa oratio apostoli a c. 1-7. explicatur.

§. XVI.

Sed sufficiant haec de prima orationis nostrae parte. Accedimus itaque ad alteram, ipsa apostoli verba a comitate 1-7 breuiter interpretaturi. Tria vero haec apostoli oratio complebitur. Primo generatim negat gloriari sibi vtile esse c. 1. Deinde revelationem plane singularem atque eximiam exponit c. 2-4. Denique caussas fusius explicat, cur non consultum sit illa re gloriari c. 5-7. Primo itaque generatim negat gloriari sibi vtile esse c. 1. cuius verba ita se habent. Κανχαδαι δη 8 συμφερει μοι; ελευσομαι γαρ εις οπτασιας και αποναλυψεις Κυρια. Hic apostolus primo negat gloriari sibi vtile esse, deinde vero caussam illius rei subiicit. Prius fit verbis κανχαδαι δη 8 συμφερει μοι, i. e. gloriari sane non conductit mihi. Sententia apostoli, si eam breuiter enunciare velimus, haec est: de me ac rebus meis multa et multum dicere atque praedicare, in primis vero de illis, quae magnificae sunt ac videri possunt, nec aliquid per se ac sua natura

con-

coniunctum habent, quod excruciet, coercent atque animi elationem reprimat; mihi profecto ipsi vtile non est. Quo vero planior fiat haec apostoli sententia, duo adhuc obseruanda censemus. Primum est, quod attendentibus facile apparet, res quas capite superiore de se commemorauerat, quibusque obrectatoribus par immo longe superior erat, non vnius eiusdemque generis esse. Nonnulla enim ita comparata sunt, ut honori ac laudi per se ducerentur, atque hominibus etiam saltim ex parte grata essent; v. g. Israelim, Ebraeum, Ministrum Christi esse; sine stipendio a Corintiis accepto evangelium illis magno cum labore nuntiasse, magnis operibus ac miraculis inclaruisse &c; alia vero ita sunt comparata, ut quidem Christi caussa illa et facienti et toleranti sint honesta et honorifica, cum ignominia tamen ac contemtu ex communi sensu et sententia, atque cum dolore et molestia coniuncta; ex illis facilius elatio animi et inuidentia aliorum nasci potest, ex his vero minus illius rei periculum est. Apostolus itaque gloriari sibi vtile esse negans, prius potissimum rerum genus spectat, negatque vtile sibi esse, de iis multum dicere; cum propter sollicitationem ad superbiam, tum propter alienam inuidiam ac reprehensionem; praestare itaque, posteriore potius rerum genere gloriari, quoniam in illo iam per se medicina aliqua insit, malis et periculis inde metuendis opposita. Alterum quod ad perspicendum eo melius apostoli consilium pertinet, atque idcirco notari debet, hoc est: apostolus diserte scribit, *gloriari sibi non conducere*, ut persuadeat Corintiis, se nec cupide nec sua caussa de se ac rebus suis honorificis in primis loqui; se enim nullam ex ea re utilitatem percipere, sed potius variis se periculis obiciere; quidquid ergo faciat, se quasi coactum et inuitum facere, atque vnicore utilitatis eorum caussa. Hinc ait, *Mihi sane non conduit gloriari*; hinc quantum ad me attinet, commemoratione rerum euentorumque meorum in primis honorificorum libenter superfederem, si modo per furores obrectatorum, per caussam ipsius Domini, vestramque utilitatem et praemunitiōnem liceret.

DE RAPTV PAVLI.

§. XVII.

Progedimur iam ad causam enuntiationis ab apostolo subiectam atque his verbis expressam: ἀνευτομένη γάρ εἰς ὑπόστασιν τοῦ αποκαλύψεις Κυρίου, i. e. *veniam enim ad visiones et reuelationes Domini*. Sententia huius effati ex iam dictis nihil obscuritatis habet, breuiterque comprehensa haec est. *Dixi, non prodesse mihi gloriari, sublimibus praesertim et honorificis; quod quam verum sit, planum vobis faciam, veniam enim ad visiones et reuelationes Domini:* atque proinde effatum meum ex hoc genere rerum illustrabo. Ex qua breui declaratione cum cohaerentia sermonis apostolici non minus, quam vera sententia satis appareat; nihil superest quam ut de visionibus ac reuelationibus Domini paucā adiungamus. Dominus sine dubio Iesus Christus est, cui Paulus serviebat; καὶ εξοχὴν ita appellatus. Visiones vero et reuelationes illius planissime illae dicuntur, quae ab ipso obiectae fuerant Paulo. Cum vero apostolus ὑπόστασις et αποκαλύψεις commoret; non multum ad rem ipsum interesse videtur, utrum distinguantur haec duo nec ne. Si distinguere placeat, ὑπόστασις poterunt cum Ven. Bengelio referri ad ea, quae videntur, αποκαλύψεις vero ad ea, quae audiuntur, animo diuinitus atque extraordinaria ratione permoto. Si vero id paulo subtilius longiusque peritum videatur; duo hacc ita quoque distinguere licebit, ut ὑπόστασις generatim permotiones adflatuerintque diuinos mentis extraordinarios vna cum omnibus quae illis comprehenduntur significant; vocabulo vero αποκαλύψεις finis designetur, ad quem diuinæ huiusmodi actiones referri solent, in eo videlicet positus, ut ope illarum iis quibus contigerant, varia reuelarentur et ostenderentur. Quodsi placeat, verba apostoli hanc interpretationem habebunt: *veniam ad visiones a Domino obiectas, quibus mihi varia patefecit et significavit.* Interim ex historia Pauli neminem fugere potest, apostolum saepius dignum fuisse habitum visionibus et patefactionibus extraordinariis. Nam praeter id quod in prima illius ad sanitatem reuocatione factum legitur, (Acto. VIII.) alia adhuc in illius historia occurruunt ad hoc rerum genus.

genus pertinentia; cf. v. g. A&g. XVIII, 9. 10. Cap. XXII, 17.
Cap. XXVII, 23. Gal. II, 2.

§. XVIII.

Accedimus nunc ad ipsam reuelationem eximiam c. 2. 3. 4. expositam, cuius narratio duas partes continet. Commate enim 2 raptum in caelum tertium, commate vero 3. 4. raptum in Paradisum commemorat. De priori ita loquitur: *nous hominem in Christo ante annos quatuordecim, (sive in corpore, non noui; sive extra corpus, non noui, deus nouit;) raptum talem usque in tertium caelum.* Duas aperte res hoc incisum comprehendit distin-
cte quoque tractandas. Primo ipsam rem gestam enarrat, quatenus illam plane exploratam habebat; deinde per Parenthesin illa interponit, quorum ratio ipsis non satis constabat. Quae satis explorata ipsis erant his verbis exprimit: *nouum hominem in Christo ante annos quatuordecim, raptum talem usque in tertium caelum.* In his verbis primo temporis ratio ab apostolo notata breuiter expedienda est. Illud itaque satis perspicuum ex verbis apostoli est, contigisse ei rem hanc plane memorabilem, quatuordecim annis ante, quam posteriorem ad Corinthios epistolam scriperat; sed quomodo hi quatuordecim anni computandi et conficiendi sint, aut cur apostolus interuallum temporis inde a re gesta iam elapsi, accurate definiat, non aequo perspicuum atque exploratum est interpretibus. Quod ad primum attinet, accurata annorum computatio suas omnino difficultates habet, eamque ob caussam sententiae quoque interpretum valde discrepantes sunt. Persuaserunt sibi nonnulli, raptum hunc incidere in triduum illud, quod Paulus a Domino primum arreptus Damasci caecus exegit. Dispicet vero haec sententia HERMANNO WITSIO, (in Mele-temat. Leidenisibus in Praelect. de vita Pauli S. II, §. 13. 14. p. 20. seqq.) qui eam nec temporis rationibus satis conuenire, nec etiam aliquid verisimilitudinis habere probare instituit. Ipse vero rem hanc illo tempore factam esse existimat, quo Paulus vna cum Barnaba Spiritus Sancti iussu Antiochiam reliquerit, ut ethnici euangelium nuntiareret; (A&tor. XIII.) id quod temporis rationibus melius conuenire, atque etiam propter alias caussas veri- simile

DE RAPTV PAVLI.

simile videri arbitratur. * Nobis in praesenti nec vacat neclibet caussam hanc disceptare; sufficit nobis in praesenti, quod apostolo diserte significante nouimus, quatuordecim iam annos ab illius raptus tempore elapsos fuisse. Alterum restat, in quod ut curatus inquiramus, instituti nostri ratio magis efflagitat. Quaeritus scilicet non immerito, cur apostolus longum satis præteriti temporis interuallum diserte commemoret? Quodsi itaque nobis in re ad plane definiendum difficiliori, sententia tamen dicenda sit, ratio rei ita comparata videtur. Admodum scilicet verisimile, si non plane exploratum est, apostolum nemini mortalium usque ad illud ipsum tempus quo haec scribebat, de eximia illa revelatione aliquid aperuisse, atque adeo rem tantam per quatuordecim annos silentio plane pressam tenuisse; de illa in posterum quoque non facile quidquam enuntiaturus, nisi status rerum, quae Corinthi gerebantur, diurno huic silentio finem tandem attulisset, atque apostolum rem illam non tam edisserere, quam modo tangere coegeret. Apostolus itaque temporis iam elapsi spatium notans, Corinthiis significare voluisse videtur, se non ostentatione nec vanae gloriae cupiditate impulsum ad commemorationem rei adeo singularis accedere, id quod vel ex eo existimari queat, quoniam illa iam ante annos quatuordecim quidem

* In temporis rationes quoque inquirit Clar. 10. CHRISTOPH! HARENBERGIVS in Exercitatione de Paulo in caelo tertio aggra comperto, quae legitur in Biblioth. Bremensi Clasf. VI. Fas. 4. N. II. p. 611. seqq. Contendit vero Vir Doctissimus l.c. §. 80. p. 620. seqq. scriptam esse a Paulo posteriorē epistolam ad Corinthios A. C. 58. ac proinde reuelationem ipsi factam incidere in A. C. 44. Postea tamen mutauit sententiam in Commentatione de XIV annis Paulini ad illius franda loca 2 Cor. XII, 2. Gal. II, pro definitio conscriptae alterius epistolae ad Corinthios anno; quae pariter inserta est Biblioth. Bremensi Cl. VII. Fas. 5. N. V. p. 886. seqq. In hac commentatione §. 2. p. 892. Pauli conversionem ponit A. C. 34. viñomen vero hoc loco narratam A. C. 37; scriptam vero epistolam circiter A. C. 55. Hanc sententiam suam posteriorē effatis Taciti, Suetonii, Iosephi immo ipsis Sacris Litteris melius conuenire putat. AVGUSTINVS CALMETVS in Praefat. Comment. Litt. ad 2 ep. ad Corinthios p. 245. scriptam epistolam censet A.C. 57. raptum vero Paulo contigisse A. C. 43. Comment. p. 287.

dem gesta, nec tamen eo vsque cuiquam mortalium a se patescet.
Conuenit hoc egregie apostoli modestiae ac prudentiae,
qui singularia atque extraordinaria nec omnibus ad saltum sci-
tu necessaria, non temere euulgabat, nisi certae ac graues ra-
tiones illud efflagitarent. Cuius rei illustre quoque exemplum
habemus in priori ad Corinthios epistola (Cap. XV.) vbi aposto-
lus mysterium vobis, inquit, dico, non omnes obdormissemus, omnes
vero transmutabimur in momento, in ultima tuba, (canet enim)
et mortui excitabuntur incorrupti, et nos transmutabimur. Ex qua
oratione apparet, Paulum ipsum mysterium illud transmutatio-
nis viuorum in die Domini cognitum quidem pridem habuisse,
at non prius enuntiasse, quam ratio ecclesiae Corinthiacae id
postulare videbatur. Conueniebat etiam haec minus necessario-
rum a plane necessariis adhibita in tradenda doctrina Christi di-
stinctio indoli Corinthiorum, qui multa quidem scire gescebant,
sed cognitionem rerum magis ad ostentationem quam ad vitam
et usum referebant. Insigne sane moderationis et prudentiae
apostolicae exemplum hic ante oculos habemus; quod si omnes
omni tempore sequi voluerint, qui extraordinaria et singularia
aut cognoverint et experti sunt, aut cognouisse se et expertos
esse saltim sibi persuaserunt; multas lites quibus ecclesia valde
turbata et conquassata est, vel plane praecciae vel facile sedatae
essent. Quodsi etiam statuamus, sicut admodum verisimile est,
Paulum haec scribentem nondum plane liberatum fuisse incur-
sibus et contumeliis angelii Satanici; noua ratio apparebit, cur
apostolus longitudinem praeteriti temporis notet. Probare scilicet
hoc modo insituit, quam verum sit, quod in principio dixerat,
gloriari rebus eximiis aut temere de iis cogitare et loqui
sibi nequitam conducere; idque ex eo apparet, quoniam
iam per quatuordecim annos, permittente Domino, incur-
sus et contumelias Satanac perpetuus sit, ne animus reuelatione
adeo eximia intumesceret. Vnicum adhuc de coniun-
ctione verborum *ante annos quatuordecim*, aptissima adiungim-
us. Arditus scilicet cohaerent et coniunguntur cum verbis
inferioribus, *raptum in caelum tertium*, quam cum superiori-
bus,

bus, noui hominem in Christo; quo obseruato sententia erit: noui hominem in Christo, ante annos quatuordecim raptum in caelum tertium.

§. XVIII.

Iis itaque quae ad tempus pertinent pro nostri institutiōne expeditis, accedimus ad reliquam commatis quod trāctamus cum maxime partem, verba scilicet, *noui hominem in Christo, raptum talem in caelum usque tertium*. Primo itaque dicendum est de sententia verborum *noui hominem in Christo*. Apostolus itaque appellat se hominem in Christo, at non statim apparet, cur ita de se loquatur. In Christo esse alioquin idem est, atque in vera illius communione et societate esse. Sic Apostolus alibi (Rom. XVI, 7.) Andronicum et Iuniam ante se in Christo esse coepisse, id est Christianos factos esse, adfirmat. Egregia sane veri Christiani definitio, qui in Christum quasi insitus est, qui vitam ab illo et salutem accipit, quique bonis illius et fruitur et vtitur, ac qui praeterea non sibi amplius sed Christo viuit et seruit. (cfr. Galat. II, 20. 2Cor. V, 15.) Dici vero poterit, apostolum hominem se in Christo appellare in eam sententiam, quasi diceret; dum de re plane singulari loqui instituo, quae tamen nihilominus mihi vere contigit, quamque certo exploratam habeo; merito reputo mecum, ne mihi ea in re aliquid tribuam aut placeam, homunculum me esse, vnum ex multis, nec per se aliis meliorem aut digniorem, qui proinde, sicut alia omnia, ita etiam hoc maxime, immerito plane Christi fauori acceptum referre, atque idcirco vnicet etiam ad illius gloriam amplificandam commemorare debeat. Quod Paulus hac ratione breuius et aliquanto obscurius significaret, id alibi pluribus verbis et disertius facere solet, vt omnia quae praeclara sunt et praefantiam aliquam habent, a se remoueat et Christo vnicet vindicet. Sic v. g. in priori ad Corinthios epist. (Cap. XV, 9. 10.) *minimus enim, inquit, sum inter apostolos, indignus quippe, vt apostolus dicar, propterea quia ecclesiam Dei vexau: indulgentia vero Dei sum quidquid sum, et indulgentia illius erga me non vana facta est, sed plus quam illi omnes laborau: non vero ego sed indulgentia Dei quae me cum*

cum est. (cfr. 2. Cor. XII, 11.) Rationem vero quam apostolus ipse in huiusmodi rebus secutus erat, alias alii quoque commendat, eosque cogitare iubet, omnem gloriandi caussam homini praecisam esse, quoniam nihil plane a se sed omnia a Deo habeat. (cfr. 1. Cor. III, 6.) Licet vero apostolus intimo indignitatis sensu ita loquatur, simul tamen illud clare adfirmat, rem ipsam sibi plane exploratam esse; id quod vocabulo *ab* significat, quod etiam alibi libenter usurpat, quando certam rei alicuius persuasionem confirmare vult. (cfr. Rom. VIII, 28. C. XIII, 14. 2 Cor. V, 4. coll. Ioh. XXI, 15. 16. 17.)*

§. XX.

Etsi vero haec interpretatio nihil incommodi habeat, cogitandum tamen lectori adhuc permitimus, utrum non verba

D 3

Pauli

* Ita etiam AVGVSTINVS CALMETVS interpretatur, *Comment. Litter. p. 287.*, ad verba *scio hominem in Christo*, ita scribens: *Christianum hominem in Christo regeneratum, et religionis eiusdem cuius ego et nos sumus.* Singularis sententia esset Cl. IO. CHRISTOPHORI HARENBERGII de notione verborum in Christo, in D*icitur. De Paulo in celo tertio ageretur comperto,* quae legitur in Biblioth. Brem. Cl. VI. Fafc. 4. p. 611. seqq. Si eam iudices ex verbis 1. c. WOLFFII, in Notis Philol. p. 676. ita scribentis: *inter ea,* (quae scilicet non satis ab Harenbergio firmata sunt) *id in primis numero, quod ἀνθρώποι τῷ Χριστῷ πρὸς hominem non renato accipi vult, in oppositione ad hominem per Christum,* Gal. I, 1. Nos vero hanc sententiam ex verbis HARENBERGII adeo non perspicere possumus, ut nobis plane contrarium dicere videatur. Ita enim verba illius se habent l. c. p. 627. *Ἄνθρωποι σκόπο ποστουλαντει φιλορεμ quendam notat, vid. Marc. XIV, 13. Io. XIX, 5. 14. Ἀνθρώποι et ἄνθρωποι τῷ Χριστῷ σιτε ἀνθρώποι οἵτινες differunt ut κατοικοῦσι et καυγάτεις, ut initiati et non initiati, ut patet ex 1 Cor. II, 9. 10. 1 Tim. VI, 11. 2 Tim. III, 12. 2 Petr. I, 21. Ἀνθρώποι ita sumi niderit in oppositione ad hominem per Christum, Gal. I, 1. pro homine viliori non renato, 1 Tim. VI, 16. ubi dicitur, *quod nemo hominum Deum videt aut risurus sit.* Fatemur quidem verba haec paulo obscuriora esse; interim tamen id videtur ex iis apparere, Virum Doctum illud tantum dicere, vocabulum *ἄνθρωπος* solum positum, sine huiusmodi additamento, *τῷ Χριστῷ vel Θεῷ*, significare interdum hominem villem, non renatum, cum hoc additamento vero ex HARENBERGII sententiā p. 629 et 630 explicata significat hominem insignem, primarium apostolum et Christianum; non nudum hominem sed initium, summumque apostolum.*

DE RAPTV PAVLI.

Pauli commode etiam ita intelligi possint, vt verba *εν Χριστῳ*,
 magis cum vocabulo *οἰδε* quam cum vocabulo *αὐθεωτον* con-
 iungantur; quo posito, apostoli sententia haec erit: *se nosse in*
Christo, hominem raptum esse in caelum tertium: *nosse vero in*
Christo, tum idem erit ac certissime et sine omni dubitatione ali-
 quid nosse ac plane exploratum habere. Quod si probetur, Pau-
 lius his verbis non solum rei ipsius veritatem, sed etiam certissi-
 mam illius persuasionem adfirmabit. Quo vero haec interpreta-
 tio eo dignior habeatur, de qua amplius cogitetur, duo adhuc
 monebimus. Primum est, quod huiusmodi asseueratio grauissi-
 ma non debeat cuiquam superuacanea videri. Loquebatur enim
 apostolus de re inusitata quam nemo alius cognoverat, ac cuius
 proinde solus Christus testis esse, certamque illius fidem in animo
 facere poterat. Quamobrem non inconueniens videtur sta-
 tuere, apostolum hoc dicere velle: noui ipse rem certissime Chri-
 sti vi, atque idcirco plane exploratum habeo, me non vana
 imagine esse delusum; quamobrem illud etiam aliis in Christo,
 siue per Christum adfirmare possum, cuius nomine in re incerta
 abuti mihi plane nefas est. Nec sine causa apostolus tam grauiter
 hac de re asseuerat. Non solum enim propter exsuperantiam
 et insolentiam rei dubitatio aliqua facile oriri potuisset, sed Co-
 rinthii etiam ipsis suspiciose, pseud-apostoli vero plane criminosi
 et maledici erant; quibus ideo quantum fieri poterat, apostolus
 occurrere voluit ac debuit. Alterum quod adiungere placet hoc
 est. Paulus in extremo Cap. XI. atque adeo in oratione proxime
 superiori, rem aliam quam extra omnem dubitationem positam
 esse cupiebat, pari grauitate adfirmsat. *Deus et pater, in-*
quiens, Domini nostri Iesu Christi nouit, qui est laudatus in aeternum,
me non mentiri. Damasci ethnarcha Areata regis &c. Et in epistola ad Romanos tenerimum suum erga Iudeeos sibi admo-
 dum infensos adfectum declaraturus, veritatem dico, inquit, *in*
Christo et non mentior, cuius rei testimonium mihi perhibet conscientia
mea in Spiritu Sancto &c. (Cap. VIII, .) Quemadmodum igitur
 loci hi modo prolati magnam omnino rerum similitudinem cum
 nostro habent; sic aliis adhuc succurrerit ex epistola ad Romanos,
 (Cap.

(Cap. XIII, 14.) rebus non modo, sed etiam verbis ipsis admodum similis. Ita enim loquitur ibi apostolus: οὐα καὶ πεπεισμένη εἰ Κυριος Ιησος ι. e. noui ac plane mibi persuasum est in Domino Iesu. Et ubi sane sententia verborum οὐα εἰ Κυριος Ιησος, quocunque etiam modo interpreteris, semper tamen eo redibit, ut apostolus fidam sibi certissimam illius, de qua ibi sermo est, rei fidem confirmet.

§. XXI.

Sequuntur iam verba huius commatis reliqua, *raptum talem in tertium usque caelum*. Primo vocabulum ~~τελετῶν~~ notandum est, quod interpres nonnulli redundare putant, idque aliorum scriptorum exemplis comprobant. Licet vero haec sententia per se nihil incommodi habeat, videretur tamen vocabulum ~~τελετῶν~~ in sententia explananda retineri, et aliquam vim habere posse. Dum scilicet apostolus dicit: *nouii hominem in Christo, ante quartuordecim annos raptum talem;* (scilicet inquam noui certissime &c.) vocabulum ~~τελετῶν~~ in oratione hoc modo interpositum, commode ad extenuandum pertinere poterit, in hanc sententiam: *talem qui per se tam indignus et infirmus est, atque inter terricos adhuc versatur;* idquod modestiae ac sollicitudini apostoli, circumspetè admodum et tantum non timide de tanta re loquentis, apprime conuenire videretur. Sequitur iam, ut de ipsa re, quae apostolo contigit, agamus, verbis *nouii hominem* &c. *raptum in tertium usque caelum* significata. Tertiū caeli apostolus hic facit mentionem; obcurius vero est, quid illius nomine veniat.* S. Literae pluribus in locis non solum *caeli* sed etiam *caelorum* faciunt mentionem. Sic apostolus alibi de Christo verba faciens (Ephes. III, 10.) qui descendit, inquit, *ille ipse est qui ascendit supra omnes caelos, ut impleret omnia.* Vulgo primum *caelum nubium* statunt; alterum in quo astra haerent, fusoque motus et cursus ordine ac celeritate mirabili conficiunt; tertium denique spirituale, gloriosum, in quo Deus singulari ratione suis se patefaciet, eosque

D 3

aeternis

* Patrum varias de caeli divisionibus, et in primis de caelo tertio sententias copiose collectas exhibet IO. CAST. SVICERVS in *Theſ. ecclſ. P. II. p. 520.* seqq.

DE RAPTV PAVLI.

aeternis ac dulcissimis bonis cumulabit. Temerarium esset de loco ipso ac statu huius caeli, praeter id quod S. litterae perspicue tradunt, curiose aut interrogare aut aliquid definire, coniecturisque incertis indulgere velle. Recius sapient, qui Paulum et ducem et auctorem fecuti, (2 Cor. V, 1 seqq.) studium et operam in eo maxime collocant, vt ita se instruant ac praeparent, vt aliquando digni habeantur, qui in caelum illud perueniant. Hoc ergo potius agamus, atque in praesenti id modo, quod certum atque indubitatum est, obseruemus, locum et statum plane gloriosum, illustrem ac beatum ab apostolo hoc nomine appellari. In tertium vero hoc caelum raptum se ait: *νοι αεταγεντα* sive *raptum*, inquit, *talem*. De ratione raptus huius cum per se, tum etiam de eo quod apostolus de illo certum habuerit, non contentiunt interpres. Duobus scilicet modis potuit Paulus in caelum tertium raptus dici, vel ita, vt loci in quo erat mutatione facta, re vera in caelum illud translatus fuerit, vel sibi per visum aliquod modo eo transferri visus sit. Vtriusque generis exempla ex parte similia in S. Litteris inuenimus. Ut a posteriori incipiamus, raptus tales per visum videntur fuisse, quibus Ezechiel aliquoties Hierosolymam dicitur translatus. (conf. Cap. VIII, 3. Cap. XI, 24. Cap. XXXX, 1.2. &c.) Dicitur enim huiusmodi translatio in *Spiritu* et in *visionibus Dei*. Contra vero nec eiusmodi exempla defunt, quibus confirmatur, homines interdum via aliqua divina ab alio loco in alium celeriter fuisse abreptos. Praeter ea quea de Elia legimus, cui tale quid interdum contigisse videatur, (1 Reg. XVIII, 12. 2 Reg II, 16.) notable maxime est exemplum Philippi Diaconi, (Acto VIII, 29.) de quo Lucas, *cum vero ascenderet*, inquit, *ex aqua*, *Spiritus Domini ηπασε* seu *rapiuit illum*, *et non vidit ipsum amplius Euangelium*. De restituendis vero olim in vitam in magno illo Domini die, pariter apostolus ipsum verbum *αεταγεν* usurpans, hunc in modum scribit: (1 Thess. III, 1^o) *mortui in Christo resurgent primum; deinde nos viventes reliqui una cum ipsis αεταγησομεθα* seu *rapiemur in nubibus obuiam Dominum in acrem*, *et ita semper cum Domino erimus*. Verum his verbis raptum dici, nullo iure dubitari potest. Quaeritur ergo,

ad

ad utrum raptuum genus hic ipse, quem tractamus in praesenti, Paulinus, pertineat? Difficile videtur certi aliquid definire velle, verba enim apostoli ad utrumque accommodari possunt, et sunt etiam ex utraque parte rationes probabiles. Quodsi per visum modo rem illi accidisse statuas; illud ad defendendam sententiam adseriri poterit, quod Paulus statim in principio orationis visorum mentionem faciat, ac deinde ex illorum genere exemplum subiicit. Si vero alteram sententiam eligere cuiquam atque adeo credere placeret, Paulum re vera abreptum fuisse alium in locum; illud in primis pro hac sententia dicere poterit, quod hoc modo dubitatio apostoli de eo, *vtrum in corpore fuerit nec ne*, melius intelligi possit; cum non tam facile ratio appareat, si raptum modo per visum factum fuisse credidisset ipse, cur de eo dubitaret, *vtrum in corpore fuerit an extra illud*. Nos in re adeo sublimi ac singulari nihil definimus, alios tamen optionem aequo animo permittentes. Quaeritur vero utrum apostolus ipse hac de re aliquid certum habuerit? Quod dum interpres nonnullos in dubium vocare videmus; non possumus a nobis impetrare, ut illorum sententiae accedamus. Apostolus enim quod ad raptum ipsum mutationemque loci in illo factam aut non factam attinet, nihil dubitationis in oratione sua, quantum nobis cernere licet, significat; id solum ipsi dubium erat, utrum cum res ipsi accideret, sive per visum modo, sive etiam per loci mutationem, animus in corpore fuerit nec ne? Videtur itaque apostolo res ipsa perspecta fuisse, distinctius vero illam alios explicare, consultum non duxit, copiosam et distinctam explanationem ex caussis supra prolatis, fugiens. *

§. XXII.

* Inter illos quibus ipsi apostolo dubium fuisse videtur, utrum modo per visum an re vera locum mutauerit, est quoque HERM. WITSIUS *Miscellan.* L. I. c. III, §. X. p. 24. ubi dubium fuisse Paulo dicit, *vtrum sola ecstatica representatione in caelum fuerit translatus, sine ulli loci mutatione tam quod corpus, quam quod animam; an vero relicta terra ad superas seces fuerit transclusus; atque id si factum sit, an contingit sibi corpore et anima iunctis quod totonc uisus, an quod solam animam tantisper a corpore separatam.* Melius G. G. ZELTNERVS exprime-

§. XXII.

Accedimus nunc ad alteram incisi adhuc tractati partem verba, sive in corpore, non noui, sive extra corpus, non noui, Dominus nouit, complexam, quibus Paulus aperte aliquid significat, de quo ipsi nihil certi constabat. Dubium videlicet ipsi erat, utrum in corpore fuerit ac manserit animus cum raperetur, an a corpore ad tempus sciuncus. Rationes cur ea de re dubitet, non exponit; quas idcirco et nos non curiose investigabimus; licet infra coniecturam aliquam in medium prolaturi simus. Sufficit apostolum ita se sensisse adfectum, ut postquam in statum pristinum restitutus fuerat, in vtramque partem rationes viderit, nec tamen satis constitutre aut exputare potuerit, vtrae preponderarent; quamobrem neutram in partem aliquid decernere, sed totam caussam in medio relinquere voluit. Vener. BENGE-LIVS interim ex eo, quod Paulus in hoc et sequenti commate articulum τα inter verba εντος et ουπατος interponit, coniecturam dicit, apostolum magis in eam sententiam inclinasse, ut credibilius putauerit se extra corpus fuisse, (in Gnomone ad h. l.) Ut cuncte res haec se habeant, illud manifestum est, apostolum maluisse ignorationem rei non satis perspectae candide fateri, quam temere opinari aut definire; idquod merito, in diuinis maxime, imitari eorumque stultam arrogantiam vitare debemus, qui scire ac definire volunt, quae tamen re vera nesciunt ac definire non possunt, modo ne aliquid nescire videantur. Nobis de formulaloquendi, in corpore et extra corpus esse, adhuc aliquid obseruare placet. Dubitari cum ratione vix potest, το εσσε extra corpus, significare statum animi a corporis societate sciuncii. Apparet id ex eo, quod apostolus alibi in hac epistola illam sciunctionem quae fit in morte corporis, paene iisdem, saltim valde similibus verbis

exprimere videtur, quid dubium fuerit apostolo, quid minus, ita scribens: *Vtrum anima interea dum tanta luce perfunderetur, ut rebus istis caelestibus interfuisse, non posset non sibi persuadere, ac corpore certo quodam modo sciuncta fuerit, salua tamen essentia humana; anno vero iijum quoque cum mente corpus illuc transuetum sit; id est, quod apostolus definire se posse negat.* In Notis ad Epp. RVARI Hist. Crit. p. 527 Socinimi. Altero, subiectas p. 524.

verbis describit. Ita enim loquitur: (Cap. V, 4.) *nam et existentes in tabernaculo* (i. e. corpore dissolubili, vt appareat ex commate i.) *gemimus grauati*; et (c. 6. 8. 9.) *animum cum corpore adhuc iunctum dicit ενθημεν εν τω σωματι, σειντον vero ab illo, εκδημεν εν τω σωματος*. Interim tamen nemo credo contendet, statui corporis in eo casu quem apostolus in nostro loco ponit, statui illius in morte plane similem fuisse. Nec enim corpus apostoli raptus tempore simul destrutum erat, vt mortuis accidere solet. Adiungimus quoque locum ex epistola ad Philipenses (Cap. I, 22. 24) vbi *εγν εν σωματι et επιλεγω εν σωματι*; pariter *animum cum corpore iunctum, ωντον vero solutum ac liberum significat*. Simili ratione Petrus quoque loquitur: (2 Ep. I, 13. 14.) *iustum puto, inquietus, quoad in hoc tabernaculo sum, excitare vos per commonefactionem, sciens repentinam esse depositionem tabernaculi mei &c.* Omnibus his in locis corpus ut domicilium animi consideratur in quo commoratur, seiuinctio vero illius a corpore, excessus ex illo dicitur. Quodsi vero ex nobis quaeras, cur apostolus de eo dubitauerit aliquantum, *an fuerit in corpore?* illud generatim videretur ex eo ortum, quoniam ipsi verisimile erat, corpus mortale atque imbecillum, cuiusmodi humanum in hac vita est, caeli tertii naturam ac vim vix ferre potuisse, nisi conseruatio illius plane extraordinaria statuatur. Alibi enim (1 Cor. XV, 50.) *caro et sanguis*, inquit, (i. e. homo in statu huius vitae infirmo) *haereditatem regni Dei adire non potest.* *

E

§. XXIII.

- * In verbis hisce *sive in corpore fuerit, sive extra corpus*, Clar. OEDERVS magnum sententiae suae singularis praefidium collocat, confidenter admodum pronuncians: *inextricabilem in his verbis esse difficultatem, si vulgari modo de Paulo exponas; in sua vero sententia plana et expedita esse omnia.* (*Animadu. S. pag. 13. seqq.*) De vtroque ergo Viri Docti effato breuiter dispicendum est. Quod igitur ad difficultatem vulgari sententiac obiectam attinet, illa in eo posita ipsi videretur; quod defensores illius alterutrum concedere necesse habeant: vel dubitasse apostolum, *an sit ipse aliquando mortuus;* et paulo post vitæ restitutos; quoniam formulæ loquendi huic plane similes (2 Cor. V. Phil. 1.) in S. Litteris semper mortem significant; vel fieri posse separationem animæ a corpore, quæ tamen non sit mers; quod statuere ipsi absurdum videntur.

Quod

DE RAPTV PAVLI.

§. XXIII.

Verum his missis progredimur iam ad reliquam ipsius narrationis partem commate 3 et 4 comprehensam, vbi apostolus ita pergit: *et nesci talcm hominem (sive in corpore sive extra corporis non noui, Deus nouit) quod raptus sit in paradisum, et audiuerit aeginta verba quae non licet homini loqui.* De commate 3 aliquid differere necesse non est, quoniam dicenda de illo in superioribus iam occupauimus; comma igitur 4 maxime ad curam nostram pertinet. Primum de quo disquiri oportet, in eo ponitur

Quod itaque ad hanc Viri Doctri obiectiōnēm attinet; concedimus quidem formulās huic, *extra corpus esse*, similes, in locis reliquis apud Paulum mortem, sive illam animae a corpore sciuunctionem significare, quae in morte fit; quoniam in locis illis omnibus, et cohaerentia sermonis et institutum apostoli id plane efflagitat. Verum ex eo non sequitur, apostolum quacunque alias anima a corpore sciuunctionem in earam rerum loco habuisse, quae plane fieri nequent. Mors enim non in quacunque sciuunctione animae a corpore, sed in tali consistit, quae simul cum interna saltu corporis destructione cessantibus ideo actionibus vitalibus est coniuncta. Quis autem negare ausit, Deum id efficere posse, ut sciuēta, licet ad tempus anima, corporis tamen non corrumperat. Quae si obseruentur, evanescunt quoque pericula, quae Vir Doctus miraculis Christi, et reliquorum, qui mortuos in vitam reuocarunt, ex nostra sententia mervit: (p. 19.) verēns scilicet, ne impii homines hac opinione abutentes cauillari audeant resuscitationes mortuorum a Christo et Apostolis factas; cauillantes, vnam alteram harum animarum refessisse adhuc in ipsis corporibus. Fae enim refessisse, corpora tamen illorum simul erant mortua, id est, destruta, ac proinde ad suscipiendam animae vim plane inepta. Quod ad alterum Viri Doctri effectum de facilitate sua sententiae, ex quoque conuenientia illius cum verbis apostoli, vītatiſſimaque similiūm porrectate, attinet; fatemur, nobis non ita videri. Primo enim formulam loquendi *in corpore esse*, Vir Doctus de resuscitatione corporis interpretari cogit, cum tamen nec ipsa nec similes (2 Cor. V. Phil. I.) usquam in scriptis Paulinis de illa usurpentur. Vbicunque enim similes huic occurruint, semper significare statum coniunctionis animae cum corpore in hac vita ante mortem; si vero de resuscitatione corporis post mortem sermo est, Codex Sacer aliis loquendi modis vītur. Quod ergo Clar. o E D E R V S nostras sententiae, respectu formulæ *sicutos* *et* *cooperatos* cuius similes non nisi in mortuis ponantur, obiicit; illud nos

tur, vtrum paradisus * hic ab apostolo appellatus idem plane sit atque caelum tertium, an ab hoc saltim aliquo modo distinctus? Ex cuius questionis disceptatione altera pendet, vtrum scilicet apostolus nouum hoc commate illius raptus quasi actum describat, ac proinde significare velit, se ex caelo tertio in paradisum translatum. Quod ad primam questionem attinet; habet illa omnino suas difficultates, quas forte nemo mortalium ita expedire potest, vt certa rei ratio non solum ad opinionem sed ad veritatem persuadeatur. Paradisi mentio in libris N. T. adeo frequens non est, in multo minus vero accurasier illius descriptio vsquam in illis reperitur; quo admiratio discrepantium de illo sententiarum tollitur. Prima illius mentio apud Lucam occurrit, (Cap. XXIII, 43.)

E 2. vbi

nos ipsi, respectu formulæ *in corpore esse* obiiciimus, quippe cuius similes pariter alibi non nisi de statu huius vitae ante mortem occurrunt. Deinde si Paulus ex OEDERI opinione de homine pio pridem defuncto loqueretur, cuius apostolus vel modo animam corpore adhuc vacuanam, vel etiam corpus restitutum rufusque cum anima iunctum viderit in caelum raptum; credibile admodum est, apostolum ordinem veterorum inuersorum et ita scripturum fuisse: *sive extra corpus adhuc fuerit homo ille. sive rursus in corpore.* (iam scilicet restituto in vitam). Ratio rei in eo posita est; quoniam in defuncto status animae a corpore sciunciae natura et tempore prior est, statu corporis restituti rufus et denus cumaniana iuaci. Agnouit id tacito quodam sensu ipse Cl. oedervs, minime licet de eo cogitans. Nam in summa interpretationis sua, quam p. 16. exhibet, verba *extra corpus adhuc fuerit homo ille, ita rufusque rursum sola anima* (p̄ii scilicet illius hominis defuncti) *an haec corpori suo redditum mihi ostensas sit, ignore.* Vides Cl. OEDERV M in verbis sapientiæ vertendis et explicandis, ordinem ab apostolo seruatum inuerte-re, quoniam sine dubio sensit, naturæ rei id magis conuenire, si apostoli sententia ea esse debeat, quam Vir Doctus esse contendit.

* De vocabulo *Paradisus* eiusque origine conferri poterit 10. MARCKIVS in Hist. Parad. illustrata L. I. Cap. I. §. V. VI VII p. 15. seqq. vbi illos refutat, qui originem illius ex lingua græca repetunt, recte contra statuens, vocabulum ab Orientalibus potius ad Graecos, quam ab his ad illos peruenisse. Veterum vero de Paradiſo sententias qui legere voler; adat SVICERVM Thes. Eccl. P. II. sub vocabulo *Δέντρον* p. 257, et sub vocabulo *Παράδεισος* p. 171. seqq. Conf. et CALMETVS in Commeat. Litt. p. 287.

DE RAPTV PAVLI.

vbi Dominus latroni indulgentiam illius pro se imploranti, amen dico tibi, inquit, *bodie meum eris in Paradiso*. Deinde in Apocalypsi Ioannea nomen illius rursus occurrit. Sic enim (Cap. II, 7.) Dominus pariter, *habens aures*, inquit, *auditat, quid Spiritus ecclesias dicat*. *Vincenti dabo illi edere de arbore vitae quae in medio Paradiso Dei est*. Ex his locis duo sunt explorata. Primo scilicet: *paradisum*, cuius prima illa Mosaica ac terrestris imago fuerat, esse locum beatum, illustrem, in quem non nisi vere creditibus ac piis introitus pateat, et in quo praemia indulgentiae diuinae ferant. Deinde illud quoque satis clare apparet, animos credentium a corporis societate morte sciundatos in locum illum transferri, idemque animae Seruatoris solutae ac liberae contigisse. Haec ut arbitramur, certo ex dictis confici possunt. Cum vero caelum tertium, ut supra diximus, pariter sedem gloriosam et beatam significare debeat; quaeri potest, vtrum duo illa nomina unum eundemque locum designent, an aliquid interesse verisimile sit? Inter veteres pluribus aliquid interesse visum est. Sic e. g. CLEMENS Alexandrinus (*Stromat.* L. V. p. 586. edit. SYLBVRG.) verba apostoli proferens, illa ita declarat. Οιδα αυθεωπον εν Χριστω αετωμετα τα εως τεττα ετενες, καινεθεν εις τον παραδεισον, i. e. noui hominem in Christo raptum in tertium usque caelum, et ILLINC in Paradisum. Qua in re alias sibi consentientes habet, quos laudat Ven. BENGELIVS, (*Gnomon.* p. 731.) ipse quoque valde in eam sententiam inclinans. Quid vero inter vtrumque locum intersit, coniectura nonnulli assequi voluerunt; quorum sententiam HERMANNI WITSII potius verbis quam nostris exponemus. Ita vero ille Praelect. de vita Pauli Sect. III. §. 10. p. 31) *raptus autem, inquit, est Paulus in tertium usque caelum, in Paradisum*. Hoc post veteres quordam DRVSIVS et GROTIUS ex Ebracis ita distinguunt, ut caelum significet id, quod promittitur piis post resurrectionem; paradisus quod post mortem ante resurrectionem; ut dicat Paulus primo sibi offensa esse gaudia, quae resurrectionem consequentur, deinceps tam longa expectatione cruciaretur animus, ea etiam solatio, quae ipsis mox a morte concedentur. Displicare vero sibi hanc distinctionem, verbis proxime subiectis significat, ita scri-

scribens; quidquid Ebraici sentiant, non didicimus illam distinctio-
 nem ex Scripturis. In quibus Paradisus typus caeli est; unius illius,
 ubi primo inforum animae colligendae, dein et corpora. nostram
 sententiam si quis requirat, rem paulo obscuriorem putamus,
 quam ut ex S. Litteris, quas in tali re vnicے consulendas existi-
 mamus, certi aliquid definiri possit. Praetermisit forte Spiritus
 Dei distinctiorem rei explicationem, quoniam praecudit, etiam
 si distinctius explicata esset, nihil plures mortalium amore rerum
 caducarum adeo constrictorum, id acturos, ut sevocato, duni-
 na ope caelestiumque meditatione, ab imaginibus picturisque vanis,
 quas deperierunt, animo, maiori studio et contentione patriam
 caelestem atque aeterna petant; alioquin enim forte non com-
 mississet, ut aliquid in eo desideraretur. Mundus enim et olim ita com-
 paratus fuit, et hodie adhuc est, vt si verbis Dei non credat, ne
 crediturus quidem sit, etiamsi quis aut ex caelo aut ex orco ve-
 niens illum ad sanitatem reuocet (Luc XVI, 31.) Multo minus
 ergo eum valde permotum iri credibile est, si vel maxime copio-
 fuis in Sacris Litteris et distinctius explanata essent, quae in futuro se-
 culo geruntur et audiuntur. Ut taceamus, sapientiae diuinae,
 quam nemo nisi vecors aut impius reprehenderit, conueniens
 viuum, ut homines testimonio S. Litterarum satis confirmato fi-
 dem, atque eo ipso Deo ac testimonio illius debitum honorem
 habeant, etiamsi ea quae teftatus est nondum cernunt. Auctores
 proinde et nobis et lectoribus sumus, ut missa curiosiori inuesti-
 gatione, missisque multo magis contentionibus, vocem potius
 Spiritus, dum *bodie* dicitur per Paulum audiamus, ita se ipsum
 et alios grauissima cohortatione quasi aculeo extimulanten:
 (Ebr. III, coll. c. II.) timeamus igitur, quum nobis, reseruata
 est promissio ingrediendi in quietem eius, ne videatur quis ex vobis fe-
 ro venire &c. Studeamus igitur ingredi in illam quietem, ne quis illo
 ipso infidelitatis exemplo cadas. Vnum adhuc monemus, opinio-
 nem illorum qui caelum tertium a paradiso distinguunt, per se
 nihil habere periculosi nedum impii, si modo quis illam ita decla-
 ret, ut nihil ceteroquin admisceat, quod Sacris Litteris repugnet.
 Nec enim videmus, quo iure id reprehendi aut damnari possit,

DE RAPTV PAVLI.

38

si quis generatim sibi persuadeat, distinctiones in sede illa glorio-
sa caelitum esse, cum ipse Seruator illud haud obscure docere
videatur, (Ioh. XIII, 2.) *in domo patris mei*, inquiens, *multa
mansiones sunt* &c; ac forte haec distinctio aliquid quoque ad di-
uersitatem graduum gloriae perrinet, quibus beati pro diuerso
quisque fidei suae modo distinguuntur. Denique id teneamus:
in eiusmodi quaestionebus obscurioribus duo cauenda esse; primo,
ne in illis ponendis et tractandis temerarii et nimii simus, quod
quidem plerumque cum detimento certorum ac necessariorum fit;
deinde ne illos, qui sibi in illis plus videre videntur quam alii,
ideo infectemur, aut in odium et inuidiam adducamus, si modo
nihil dicant quod certis dogmatibus atque effatis S. Literarum
repugnet. Ex his iam facile apparet, quid de altera quaestione
quae ex superiori pendet, existimandum sit, utrum scilicet apo-
stolus his verbis nouum quasi illus raptus aetum dicat, quod illos
dicere necesse est, qui paradisum a caelo tertio saltim aliquo mo-
do distinguunt, aut interius quiddam esse putant. Nos nihil
certi definimus, hoc tamen adiungimus, vocabulum *xxv*, quo
c. 4. incipit, in hac sententia commodiorem et maxime visita-
ram interpretationem habere, ut ne redundare videatur. Acce-
dit etiam iteratio verborum, *sue in corpore nescio*, *sue extra cor-*
pus nescio, *Deus non sit*; que sententiae huic pariter aliquam ve-
risimilitudinem conciliat. Interim haud diffitemur, has rationes
tanti momenti non esse, ut alteram sententiam conuellant. Po-
tuit enim Apostolus in re singulari enarranda idoneas causas ha-
buisse, cur etiam singulare orationis genere veteretur.

§. XXIII.

Iam vero restant maxime verba, *et audierit aegyptia epopta,*
quae non licet homini loqui. Ante quam in sententiam horum ver-
borum accuratius inquiramus, unum praedicendum est, aposto-
lum scilicet auditorum tantum, non vero visorum in caelo ac pa-
radiso discernit facere mentionem. Interim tamen interpretibus
nonnullis verisimile videtur, apostolum etiam aliquid vidisse.
Sic v. g. HERMANNVS WITSIVS (l. supra c.) hunc in modum
scribit: *raptus fuit virtute Dei, praeter naturae ordinem ita eleva-*
tus,

tus, et homine sublimior, ea quae mortalem conditionem superant,
oculis, auribus, animo hauferit. Ven. BENELIVS vero apostolum in caelo tertio vidisse, in paradiſo vero audiuisse autum. Nec sane res per se improbabilis est, quoniam apostolus totam materiam parcus tractare, multaque non tam aperte dicere quam modo dissimulantius demonstrare voluit. Iam ad ipsa apostoli verba accedamus, quae ita se habent: *et audiuit verba ægryz quae non licet homini loqui.* Non indicat apostolus, quisnam caelitis ille orator fuerit, cuius vocem audire contigit; conueniebat enim consilio apostoli panca de tota re dicere, et maxima prorsus tacere. Si reliqua visa apostolo obiecta intueamur; modo Dominum ipsum, modo angelum cum illo locutum esse apparer. Vtrum horum hic factum sit, aut an aliam adhuc vocem ex numero caelitum audiverit, quis apostolo qui solus rei gestae interfuit, tacente, pro certo adfirmabit? Verisimile tamen nobis videtur, Dominum cum apostolo locutum esse; cuius rei coniecuram cum ex eo ducimus, quod apostolus euentum hoc inter visiones et revelationes Domini refert, tum quod exsuperantem plane revelationem appellat; quam appellationem etiam tum eo magis meretur, si non angelum aut aliam quandam naturam creatam quamvis excellentem, sed ipsua Filium Dei audiuit. Accedit quod ipse Dominus grauissimam calamitatem apostolo per Satanam allatam, pariter oratione sua leuavit: credibile itaque est Paulum quoque in caelo vocem Domini magnificam audiuisse, quam postea consolantem audiuit, cum emissarii ex orco incursum perferre cogeretur. Id vero quod audiueraſt, appellat *enarrata ægryz*, ac subiungit, *quae homini loqui non licet.* Hic vero ingentia sententiarum diuertia fūnt; in his ergo verbis explicandis quam maxime elaborandum est. Quod dum instituimus, id tantummodo ante omnia monemus, *enarrata seu verba* hic non modo ipsa per se *vocabula*, quae signa rerum sunt, sed etiam *res ipsas notionesque* quarum signa sunt significare; ut apostolus dicere velit, *res quoque a fe auditas ac certis verbis expressas fuisse ægryz.* Videatur praeterea CAMPEGIVS VITRINGA (Obseruat. S. L. III. Cap. 20. §. 5. p. 752. seqq.) incommoda

DE RAPTV PAVLI.

da sententiae illorum ostendens, qui existimant talem verborum sonum, ordinem &c. fuisse, ut homo mortalis ea nullo modo pronuntiare potuerit. Nemo enim non videt, verba quamvis magnifica, rerum tamen caelestium magnificentia superari, atque idcirco credibile non esse, apostolum verborum tantummodo magnificorum a se auditorum mentionem facere, mentionem vero rerum praetermittere voluisse. Accedit, quod Paulus subiungit, *non licitum esse verba illa homini loqui*, quorum verborum sententia simplicissima, ut infra ostendemus, haec est: nec Paulo ipsis nec aliis cuidam res ipsas verbis expressas eloqui licuisse, quamvis forte aliquo saltim modo potuerit. Si quis interim verba quoque caelestia ipsa ita comparata fuisse credit, ut mortalis in terra illa non satis imitari atque enuntiare aut debuerit, aut potuerit, qua de re nobis multum digladiari non placet, de rebus tamen ipsis illud quoque concedendum erit, nisi statuere veniamus; minus in rebus caelestibus quam in verbis inesse.

§. XXIIII.

Iam vero in primis in veram sententiam vocabuli *αργεντος* inquirendum est, de cuius variis notionibus, praeter Lexicographos, pluribus disputant CAMPAGIVS VITRINGA I. c. §. VIII. p. 759. seqq. et 10. CHRISTOPHORVS WOLFIVS in Notis Philologico-Criticis ad h. l. Triplex vero notio sub hoc vocabulum subiecta putatur. Primo scilicet constat, *αργεντος* græcis saepe idem significare atque *ιδιοτητα* sive *id quod plane dictum non est*. Deinde appellatur etiam vocabulo *id*, *quod plane dicere non licet*. Denique illud quoque *αργεντος* vocatur, *quod plane dici non potest*. De ultima hac notione dubitarunt quidem nonnulli Viri Docti; probata tamen est exemplis idoneis ab aliis. Quae vero notio hic maxime locum habeat, de eo admodum dissentient interpres. Multi quidem verba in sequentia, *quae non licet homini loqui*, interpretationis loco habent, sibi per suadent, Paulum his verbis proxime subiectis, *το αργεντον* declarare ac significare voluisse, non licere sibi ea cuiquam eloqui. Licet vero haec sententia per se nihil incommodi habeat, nec nostrae de argumento verborum sententiae parte tertia explicandæ officiat, melius

melius tamen videtur, duo haec saltim aliquo modo et quidem, idquod nobis maxime placet, ita distinguere, ut *agentes* hic sit *ad hoc indicatum*, sive tale, quod vel nemini antea praeter Paulum dictum fuit, vel quod Paulus adhuc nemini dixerat. Restantiam adhuc verba *απεκρινομενωλαλησαι*. De verborum horum sententia rursus dissentient interpres, ut vel ex supra dictis iam apparet. *Το επεξον* significat id scire quod non licet, aut per leges aut per alias caussas, etiam si facultatem quis habeat illud faciendi. Haec quidem notio in scriptis N. T. vel vnicarum, ut nonnullis placet, vel saltim frequentissima ac maxime trita est. Interim nullum plane negare vocabulum *επεξον* etiam in iis rebus ponit, quae ideo non licet aut datum est facere, quia facultas deficit. Nos interim non videmus, cur visitatiorem notionem non debeamus retinere, quae, si cetera sint paria, ex omnium confusione reliquis merito praefstat. Ex nostra igitur interpretatione, ut omnia in summam colligamus, sententia apostoli haec erit: *audiuit* (homo ille) *verba adhuc non dicta*, (i. e. talia quae aut Deus nemini dixit, aut quae audiens adhuc nemini dixit,) *quae etiam in posterum bonis instisque de cauiss homini dicere non licet*. Observandum etiam porro est, vocabulum *απεκρινομενω* in verbis *απεκρινομενω λαλησαι*, coniungi posse aut cum verbis antecedentibus *απεκρινον*, aut cum sequente verbo *λαλησαι*. Si illud placeat, sententia verborum *ex VITRINGA* interpretatione haec erit: *audiuit verba agentes, quae nec mibi nec ulli alii homini, si simili a Christo donatus sit gratia, licet euulgare*. Si vero hoc praeferatur, verba hanc sententiam habebunt, *non licet verba illa, mortalium cuiquam eloqui*. Ad rem ipsam non multum intercessit, utram interpretationem eligas; utraque enim tandem eodem reddit. Sed haec nondum sunt omnia, quae de hoc effato apostoli dicenda nobisque adhuc expedienda sunt. Fuerunt enim inter interpres, qui verba haec, ad loquentem in caelo, non ad audientem Paulum, referre voluerunt in hanc sententiam: *verba a me in paradiso audita ita fuerunt comparata, ut homini ea loqui non licuerit, atque adeo a Deo tantum pronuntiari oportuerit*. Ita *IO. COCCEIUS* existimat, cuius sententia *HERMANNO WITSIG*

F

Mise.

(*Mis. S. L. I. c. 4, §. 12.*) non valde displicet. Licet vero ingeniole satis haec excoigitata sint, assentiri tamen illis non possumus. Simplicius enim sine dubio est, haec potius ad audientem Paulum, quam ad dicentem referri: ut taceamus difficultates in re ipsa occurrentes, quas exponit *VITRINGA* (*I. f. c. p. 764. seqq.*) quamquam nos quidem interpretationem hanc concedere possumus, sine detrimento sententiae nostrae parte *tertia* exponendae.

§. XXVI.

Accedimus iam ad tertiam orationis apostolicae partem causas complexam, cur apostolus re tanta gloriari, multaque de illa differere nolit. Exponit vero illas c. 5. 6. 7. quae ita se habent ad verbum expressa: *Pro tali gloriabor, pro me ipso vero non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.* Si enim vellem gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicarem. Parco vero; ne quis de me existimet, supra id quod vider in me, aut quod audit ex me. *Et exsperantia reuelationum me extollar, data est mihi fides carne, angelus Satan, ut me colaphis caedat, ne extollar.* His verbis apostolus primo docet, quemadmodum his rebus certo modo gloriari quidem posset, cur vero id facturus non sit; *deinde* repetit id quo gloriaturus sit; ac *denique* gravissimam calamitatem occasione reuelationum eximiariarum sibi illatam commemorat. Primo ergo docet, quemadmodum rebus his, certo quidem modo, gloriari posset, cur vero id facturus non sit. Agit id commate 5 et 6. ita tamen, ut id simul interponat, quo genere rerum potius, necessitate postulante, gloriaturus sit etiam in posterum. Videamus ipsa verba. *Pro tali,* inquit apostolus, *gloriabor.* To τοις τας vel neutrum esse potest, vel masculinum; nec multum interest, in utram sententiam accipias. Commodius tamen videtur pro masculino haberi, quoniam in superioribus vocabulum τοις τας, et quidem pariter cum articulo, ita usurpatum est. Quod si placeat, sententia verborum haec erit: *pro tali* (scilicet homine qui singularia plane in caelo tertio ac paradiiso expertus sit,) *gloriabor.* Καυχουμαι vero hoc loco non tam id, quod re vera pluribus facturus sit, significat, quam id quod certo modo ac salua veritate

rate facere posset. Id quod apparet ex c. 6. primam partem huius commatis aperte declarante. Verba itaque hanc interpretationem habebunt: *talem me esse gloriari, id est, pluribus dicere possem ac disertius, si per alia aut placeret aut licet.* Germanice non incommode ita verteris: *für einen solchen konte ich mich rühmen.* Si vero neutrō genere accipere malis, res eodem redibit, ac sententia crit: *de tali ac tanta re gloriari possem, sed consultius videtur orationem de glorioſis praccidere.* Pergit apostolus, *pro me vero ipſo non gloriabor, niſi in infirmitatibus meis.* Quibus verbis indicat, quo potius rerum genere, quantum opus sit, gloriari velit; *pro me vero, inquiens, non gloriabor &c.* Verba *pro me vero*, incommode ita intelligi possunt, vt sententia sit: *pro me vero, id est, ad meam ipsius vero utilitatem.* Τηρετ enim saepe hanc viam habet, vt in notissimo illo loco Paulino (Rom. VIII, 31.) *Deus pro nobis, quis contra nos?* et alio loco huius epistolae (Cap. VII, 14.) apostolus, *ſi quid ipſi, inquit, gloriatus sum υπερ υμων, pro vobis,* (i. e. ad laudem commendationemque vestram, bene scilicet de vobis pollicendo,) *non sum pudore confusus.* Significat ergo apostolus, sibi ipſi magis conducibile esse, infirmitatibus potius quam aliis rebus gloriari. Caſſae vero illius rei sunt in promtu: erat scilicet in eo minus elationis animi periculum, atque adeo incurſus etiam angeli Satan minus extimescendus, minor etiam iniuria obtreſatorum, minor denique admiratio amicorum, quae facile modum excedit et efficit, vt ministris nimium, Domini parum tribuatur. Immo respicit apostolus sine dubio ipsum Domini effatum, ut ilius ipſi esse adſirmans, *ſi diutius ſenſum infirmitatis haberet;* ex quo recte conficiebat apostolus, melius quoque sibi esse de hoc rerum genere maxime cogitare ac loqui. *Gloriari* vero hic idem est ac disertius, copioſe, libenter de re aliqua cogitare et loqui: id quod facere ſolent homines glorioſi qui omnes occaſiones libenter amplectuntur, de rebus suis gestis atque de iis quae magnifica videntur mortalibus, differendi; contra vero in iis gloriam ponere adeo non ſolent, quae Paulus in infirmitatibus ponit, quaeque Christi et euangeliū cauſa pereſerbat, vt potius illorum eos pudeat. *Quia vero prauus ac pernici-*

fus ille pudor multos mortalium aut plane a Christo vere recipiendo et imitando deterret, aut rursus ab illo reuocat; hinc grauissima Domini effata ea de re exstant; quem, mei, inquietis, ac sermonum meorum pudet, illius quoque filium hominis padebit illo die. (Marci VIII, 38. cf. 2. Tim. I, 8. 16.) Id vero quo gloriari malebat apostolus, infirmitates appellat, non gloriabor, inquietis, nisi in infirmitatibus meis. Frequentat apostolus vocabulum hoc in vltima huius epistolae parte; sumis vero sine dubio ex ipsius Domini oratione, virtus mea, inquietis, in infirmitate perficitur. Dubium vero esse non potest, quid apostolo infirmitatum nomine veniat: omnis scilicet generis calamitates in Christo sequendo, tuendo et nuntiando incidentes. Quae nomen hoc ideo satis commode gerunt; primo quia carnem et hominem exteriorem, ut apostolus alibi loquitur, (Cap. IIII, 16.) variis modis affligunt ac debilitant, immo animum quoque sollicitant, eo tamen cum fructu, ut mala et vicia in animo magis magisque corrigantur, contra vero gratiae bona ac munera augentur ac confirmantur; si modo ex Dei praescripto, in huiusmodi calamitatibus suscipientis ac perferendis, homines recte se gerant. Hinc apostolus utrumque alibi complebitur, (Cap. IIII, 16.) propterea non signescimus, inquietis, sed si vel maxime exterior homo corruptitur, interior tamen renouatur in dies. Ac Petrus simili modo cohortatur, (1 Ep. IIII, 1.) cum igitur Christus, inquietis, passus est pro nobis carne, etiam vos armamini eadem cogitatione, quod qui passus est in carne immunitatem nactus est a peccato. Valer sane etiam de veris Christi assecitis, quod longissimo vsu tritum est, hominum prudenter enuntiatum, mortales, saltim plerosque, aduersam melius quam secundam fortunam ferre posse. Deinde infirmitates quoque huiusmodi calamitates commode appellantur, quia hominem statim sui infirmi ac debilis in hac vita admonent, eumque non solum scire sed etiam sentire cogunt, quod per se nihil sit, sed quod omnia a Deo veniant. Idquod facile obliuiscuntur mortales, vel saltim animum non tantum in eo desigunt, quantum necesse est, si omnia prospere succedunt, atque ex sententia fluunt. Imbecillitas vero suae rebus ipsis admoniti ardenter indulgentia

dulgentiam Dei implorant, sentientes quam illa carere nequeant. Tum eiusmodi confessiones et gemitus Davidici (Pf. XVIII, 2) non solum ex ore excent, sed ex intimo animo exprimuntur. Detegunt nobis praeterea calamitates vitia in animo adhuc haerentia, ut cognoscamus melius quae adhuc desint, et quam imbecilla adhuc sint quae habemus. In secunda enim fortuna virtus facile crescent, sed nos fugiunt; bona contra facile immittuntur, dum vel maxime videntur augeri.

§. XXVII.

Progedimus nunc ad comma 6. ita se habens: *nam si vellem gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicerem: parco vero, ne quis de me existimet super id quod videt me, aut quod audit ex me.* Duo vero continet hoc incisum: prima scilicet parte docet apostolus, cur gloriari posset reuelatione adeo sublimi; altera vero nouam caussam subiungit, cur id facere nolit. Illud apostolus agit his verbis: *nam si vellem gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicerem.* Cohaeret hoc enuntiatum maxime cum verbis prioribus commatis superioris, *pro tali gloriari possem, hoc modo: pro tali gloriari possem; nam si placaret id facere, non ero insipiens etc.* Adiicit vero haec apostolus ut ostendat, se non plane prohiberi, quo minus plura adhuc et clariora de illa singulari reuelatione enuntiaret. Licet enim supra dixerit; *audiuisse sequentia enquaerata, et que non licet homini loqui;* neutquam tamen ex eo sequitur, non licuisse apostolo plura de illa reuelatione enuntiare, quam re vera enuntiavit; cum illa sine dubio plura complexa sit, quam aegentia illa enquaerata quae audierat, quae virum aperire voluerit nec ne, in ipsis potestate positum esse potuit. Sequuntur iam verba, *non ero insipiens.* Indicat his verbis Paulus, se, si gloriari vellet ea re, per se nihil absurdum aut improbum in eo facturum esse. cuius effati caussam subiicit, scribens: *veritatem enim dicerem.* Primo ergo adfirmat, se iure insipientem existimari idcirco non posse, si gloriari vellet, idque primo eam ob caussam, quoniam res per se magnifica atque ex omnium sententia singularis erat, ut dici non posset, esse illam copiosiori oratione indignam; deinde etiam propterea, quoniam veritatem rei plane exploratam habeat,

habeat; atque idcirco certissime sciat, se nihil falsi aut saltim incerti pro vero ac certo adfirmaturum. Consulto enim et scientem falsum de se pro vero, aut incertum pro certo dicere, nunquam non insipiens atque improbum est. Cuius vero rei explicationem se plane vitaturum Paulus certum habebat. In altera incisi parte apostolus nouam caussam subiungit, cur id quod salua et veritate et religione facere posset, facere tamen nolit. Parco vero, inquiens, ne quis de me existimet etc. Parco vero i. e. parce haec tracto, erition tam edifferere quam modo tangere malo. Caussa vero in eo posita est, ne quis de me existimet, super id quod videt me etc. Clarius itaque de reuelatione sibi facta loqui etiam idcirco notebat apostolus, ut nimiam aliorum admirationem caueret. Ex quo verisimile fit, apostolum talia audiuisse ac forte etiam viduisse in raptu illo, quae ad ipsius commendationem maxime pertinebant. Hoc enim si ponas, omnia longe planissima erunt. Nam si tantum res alias vel maxime gloriofas ac magnificas, ad se tamen non pertinentes audiuisset aut vidisset; tum non quidem nullum nimiae et admirationis alienae et elationis animi fuisset periculum; nec tamen tantum quam si res illae ad ipsum pertinuerunt. Nolebat igitur apostolus notiones de se apud homines in terra, ex iis informari, quae ipse ad se pertinentia viderat atque audiuerat ex Domino in caelo. Sententia ergo erit: *volo de me, animo meo, rebus meis et gratia apud Dominum existimari non ex iis quae mihi in caelo sunt via, aut de me ex alio ibi auditæ; verum ex iis quae bonices in me aut ipsi cernunt, aut ex me ipso de me ac rebus meis audiunt.* Quod si placeat, id quod Paulus ad se pertinens viderat in caelo, opponetur illi, quod alii videbant in ipso in terra: ac pari ratione id quod audiuerat de se ex alio in caelo vel paradiſo, illi, quod homines in terra audiebant ex ipso. Elucet ergo ex his singularis animi modestia ac submissio, qua apostolus commotus malebat parum sibi ab aliis tribui quam nimium; atque idcirco longe remotus erat ab illorum ratione, qui auide illa caprant ac iactant, quae ad hominum opinionem de se augendam pertinere putant. Habemus itaque exemplum dignum omnino quod omnes veri Dei ministri imitentur, quos auram popula-
rem

rem contemnere, suaque omnia non ad ostentationem, sed ad conscientiam, gloriam Domini, aliorumque salutem referre oportet; atque in tanta iudiciorum opinionumque humanarum varietate, id ynice spectare, ut Domino satisfiant, qui omnia aliquando in lucem proferet. Acciderat enim quoque Paulo, quod aliis fidelibus Dei seruis haud raro accidit, ut qui ab ipsis ad Christum primo sunt deduci, in principio ministris facile nimium, postea vero, primo impetu residente, parum tribuant: id quod ex Galatarum exemplo luculenter appetit. (Gal. III.) Vtrumque vero, nimia scilicet admiratio et contemptus caussae Christi nocent; quamobrem apostolus etiam vtrique malo, et in hac epistola et alibi, obuiam ire conatur. Ea vero quae cernebant Corinthis in apostolo, et ex quibus facile iudicium de vero ac summo illius apostolatu, de veritate euangelii, atque etiam de sinceritate animi facere poterant, erant miracula ab ipso effecta, totaque secta vitae quam sequebatur, eiusque perpetuitas atque aequabilitas. Id vero quod audierant ex ipso homines inter terra, erat maxime euangelium ipsum, quod nuntiabat, ac praeterea etiam illud, quod cum de ratione tota, tum etiam de successu laboris ac muneri sui, necessitate ita exigente, interdum dicere cogebatur. Quae omnia ita comparata erant, ut omnibus satis facere possent, iis tantum exceptis, quibus aut nihil probatur nisi quod ipsi faciunt, aut qui inuident, atque ex aliena inuidia creare cupiunt; cuius indolis pseud-apostoli erant, qui nec ipsis boni viri fieri volebant, nec alios ferre poterant, qui ipsis meliores ac maiores erant.

§. XXVIII.

Accedimus iam ad commemorationem grauissimae calamitatis, occasione tam eximiae revelationis apostolo allatae, complete et comprehensam; cuius verba ita se habent: *et ex superantia revelationum ne extollar, data mihi est fuder carne, angelus Satan, ut me colaphis caedat, ne extollar.* Primo apostolus his verbis caussam exponit, cur tanto malo sit affectus; *deinde* vero malum ipsum explanat. Caussam his verbis demonstrat, *et ex superantia revelationum ne extollar.* Circa quae verba id pri-
mo

mo obseruamus, apostolum iis periculum exponere, cui obie-
ctus manebat ipse, etiamsi nemo mortalium aliquid de verbis illis
~~agentibus~~ audiuerat. Ne alii illa cognoscentes, nimia illum admira-
tione afficerent, caussamque se instandi adferre possent, caueri
poterat ipse rem tacendo; illud vero huiusmodi silentio caueri
nondum plane poterat, quo minus animus in tantam rem intu-
ens, sua ipsius cupiditate ad instandum se impelleretur. Huic
ergo periculo alio modo occursum esse narrat; et vt malum illud
atrocissimum narrare posset, quod in infirmitatum genere quo
gloriarri volebat, vel principem locum obtinet, ideo coactus fue-
rat rem singularem generatim tangere, de qua alioqui forte pla-
ne tacuisse, vt nos supra iam monere meminimus. Iam verba
ipsa videamus. *Et exsuperantia reuelationum*, inquit, *ne extollar etc.* Plurium reuelationum facit mentionem, nec multum
interest, vtrum id ad vnicam hanc plane singularem referas, an
ad reliquias omnes; quoniam apostolo, vt supra iam monuimus,
plures contigerunt. Si hoc placeat, certum tamen est apostolum
nihilominus vel maxime hanc dicere, de qua verba fecit, quippe
quae reliquis omnibus longe praestabat: si vero illud, mentio
plurium reuelationum offendere non debet, quoniam raptus ille
plura comprehendit, quae apostolo patefacta sunt. Ex quo appa-
ret non adeo multum referre, vtrum hoc vel illud eligatur.
Indicatur vero his verbis omnino aliquid plane singulare, com-
munem modum forteisque mortalium aeuum adhuc in terris agentium,
excedens fuisse, quod apostolo patefactum est; quoniam
υπερβάλλει ea in re fuisse adfirmat. De re ipsa vero siue argumento
exsuperantiae reuelationum nihil iam adjungimus, ne ea praecer-
pamus, quae in tercia totius orationis nostrae parte pluribus perfe-
qui oportet. Progredimur, itaque ad verba *ne extollar*. Primo
itaque ex his verbis clare appetit, periculum elationis adhuc in
Paulo fuisse, cui graui fortique medicina occurrentum erat; vt
vel sollicitatio omnis ad animi elationem plane praecideretur,
vel orta in prima quasi herba co facilius et minori cum certamine
ac difficultate supprimeretur. Vtramque enim sine dubio utilita-
tem gravis ista calamitas apostolo praefixit; primo hanc, vt eo
parcius

parcus de re adeo singulari cogitaret, vel si cogitaret, ea tam
 men propter indignitatis viuidam conscientiam, non ad efferendum se,
 sed ad deprimendum vteretur; deinde vero illum ex acerbo
 malitiis sensu fructum quoque cepit, vt eo celerius, fortius,
 ac facilius primos etiam superbiae motus, inuitu ipso atque indi-
 gnante ortos comprimeret, ne ex scintilla neglecta graue incen-
 dium oriretur. Deinde id quoque notari meretur omnino,
 quod apostolus periculum elationis ipse candide fatetur, atque eo
 ipso docet, quan remors fuerit ab illorum opinione, qui sibi et aliis
 persuadere volunt, vere renatos ad illum perfectionis gradum per-
 nire, vt radix prima vitiorum plane sublata, atque idcirco pericu-
 lum peccandi ex ipsis ortum extimescendum non sit. Paulus sane,
 qui sine dubio magnos processus in renovationis negotio fecerat,
 et plurimos alios magno intervallo post se reliquerat, aliud hac
 confessione docet; idque et sua, et aliorum causa. Sua causa, vt
 omnibus constaret, se sibimet ipsis talia non tribuere; aliorum vero
 causa, vt et illi monerentur, ne tale quid temere de se ipsi exi-
 stimarent. Sicuti enim nihil grauius, utilius et magis necessari-
 um atque in Sacris Litteris commendatum est, quam perpetua
 et summa contentio procedendi in Christianismo: ita nihil per-
 niciens est vtraque opinione; cum homines aut tantam conten-
 tionem necessariam non esse, quam vox Dei postulat, aut longi-
 us se iam processisse autant, quam re vera processerunt. Vtra-
 que enim opinio foscordiam et securitatem alit, diuerso licet modo;
 atque idcirco illos, qui alterutra tenentur, in perniciem pree-
 cipitat. Illud ergo tutissimum non minus quam voluntati Dei con-
 uenientissimum est, vt fideles agnoscant ac confiteantur, se adhuc
 sollicitari posse. Haec enim persuasio homines cautos facit, ne
 ab hostibus negligentes et securi opprimantur. Deus tuum etiam
 vt Iohannes ait: (r. ep. I, 9.) fidelis est et iustus, vt delicta condonet, nor-
 que magis magisque vitiis liberet. Magnum quoque solatium bo-
 nae ac piae mentes ex his apostoli verbis percipere possunt. Ap-
 paret enim ex iis, ac deinde etiam ipsis Domini responso ad
 preces Pauli egregie confirmatur, omnes calamitates a Deo au-
 allatas, aut permittas nihil ipsis nocere, nec de veris illorum vil-
 G ratibus

tatibus quidquam detrahere, licet dum sentiuntur, haud raro ita videatur; sed potius emolumento esse, atque illud ipsum iuuare, quod sibi propositum habent, ut scilicet vitia adhuc inhaerentia non solum reprimantur, sed primae quoque illorum quasi fibrae magis magisque coerceantur et eliciantur, bona contra Spiritus S. munera in animum collata conseruentur atque augeantur. Nullum enim tempus est, quo melius cognoscit homo ac sentit, quantum adhuc prauae fiduciae in se ipso ac vi sua, et quam parum contra verae fiduciae in Deo ponat, quam illud quo adfilitur. Tum ergo discit sibi ac viribus suis dissidere, Deo contra atque illius dictis confidere. Et quidquid homo inter huiusmodi certamina dicit, illud etiam perdidit; illud etiam durabile est, ac tandem dulcissimos fructus fert. Quae si in animo sint infixa, ac diligenter considerentur, eam quoque utilitatem adferunt, vt piae mentes voluntati Dei se aequo animo permittant, nec indignationem apud se concitari aut inualefcere patientur, si per varios casus ac per magna discrimina rerum in hac vita iactantur, id quippe exploratum habentes, fidem suam iis omnibus tanquam aurum igni spectari, tantoque maiora praemia se manere, quanto maiora propter Christum eiusque causam aequo animo pertulerunt.

§. XXVIII.

Accedimus vero nunc ad ipsam calamitatem explicandam, his verbis ab apostolo expressam: *data est mihi fides carne, angelus Satan, ut me colaphis caedat, ne extollar.* Primo ergo dicit apostolus: *data mihi est fides carne.* Quibus verbis generatim exprimeret videtur cum grauitatem et acerbitatem mali, tum etiam illius naturam. Prius in primis verbis, *data est mihi fides*, significat. Vocabulum * σκολεψ, vt iam dudum a Viris Doctissimis obserua-

* Veram notionem vocabuli σκολεψ multi Viri Doctri, qui effatum hoc Paulinum tractarunt, ex scriptoribus profanis definire, atque ex eo loco difficili lumen adferre conantur. Egerunt id, praeter alios, I.O. GODOFR. LAKEMACHERVS in Disquis. Phiol. de puto carni Paulo dato, in Bibl. Bremensi Cl. VI. Fas. 4. §. 4. p. 640. seqq. qui σκολεψ hic columnam dici existimat, cui flagris caedendi apud Iudeos alligabantur. THEOD. HASAEVS in Adnotationibus ad LAKEMACHERI Disquisitio. nem

obseruatum est, significat *sudem acutam*, cui nocentes aut adfinguntur aut qua traiciuntur. Signat etiam surculum acutum carni infixum, qui grauissimos dolores excitare solet; utrumque sane exquisitissimum ac doloris plenum supplicii genus esse oportet. Cum vero de huiusmodi supplicio proprie ab apostolo, et quidem saepius, sumto cogitari nequeat; ex eo satis apertum est, magnoque interpretatione consensu confirmatur. Paulum his verbis non tam ipsum malum postea demum clarius expositum, quam illius acerbitatem doloresque ex eius sensu perceptos notare velle, ut sententia sit: se dolore mali illius exquisitissimo perinde excruciali, atque il solent, quibus caro et cutis acuta huiusmodi fude aut traicitur aut pungitur. Dum vero ait, *datam fibi esse sudem illam*, nec tamen eum appellat qui dederit, lectoribus existimandum relinquit, quid cuique ea in re tribuendum sit. Proprie scilicet sudem illam quasi fixerat aduersarius ille grauissimus, quem statim nominat, cuius consilia quoque in vexando Paulo sine dubio pessima atque ad perniciem illius spectantia erant. Interim tamen partes quoque aliquae ipsius Domini erant, in permittendis scilicet iis, quae hostis ille apostolo inferebat. Sine illius enim voluntate permittente, Paulo capillus non excidere,

G 2

multo

nem modo laudatam, l. c. p. 648. seqq. PETRVS von SARN in *Observatione de angelo Satan colapizante Paulum, in Bibl. Brem. Cl. VII. Fase 3. §. 2. p. 553.* D. GEORG. LVDOV. OEDERVIS *Animadu. S. N. T. §. 16. p. 24. seqg. 10. MARCKIVS in Exercit. Bibl. ad Sel. Loc. V. et N. T. P. II. Exercit. XXXXII. §. 2. p. 895.* Non diffitemur, duriora et nimis longe peccata nobis ex parte ea videri, quae de notione vocabuli apud scriptores profanos a Viris Doctis ad hunc locum illustrandum in medium proferuntur. Cum enim vocabulum apud LXX interpres legatur, et surculum sive spinam carni infixam significet; nobis verisimilium videtur, Paulum vocabulum hoc in eandem sententiam acceptisse. Sic quoque AVGVSTINVS CALMETVS in *Comment. Bibl. ad h. l. p. 288. ordo spinam*, inquit, *significat, mucronem, aculeum; proprie minutissimas spinarum cuspides, vel eas affulas, quae carnem ingrediuntur, et quae ibi grauissimos dolores gerunt.* Quidam hoc de flagello intelligunt, alii de paxillo aut vallo in acumen causo, de fude; sed haerere possimus priori, quam dedimus explicationi. Patrum aliorumque sententias cum de vera vocabuli notione, tandem re ipsa, collectas exhibet quoque IO. CASP. SVICERVS *Theb. Excl. P. II. p. 974. seqq.*

multo minus tantum malum accidere potuisset. Hinc etiam malo illo liberari se cupiens, a Domino illud precibus efflagitare instituit. Quando vero malum illud incepit, apostolus quidem non diferte significat; videtur tamen ipsam revelationem, si non confessim, non tamen ex longo admodum intervallo inserendum esse. Verba enim apostoli totiusque orationis cohaerentia, si hanc sententiam non persuadent, suadent saltim aut permittunt: quae praeterea etiam rei ipsi valde apta est. Primo enim tempore, quo animus apostoli nouitate atque insolentia rei, recenticite illius sensu maxime permotus erat, facilior quoque sollicitatio ad elationem existebat, cui proinde primo quoque tempore a Domino occursum esse videtur. Adiungit etiam vocabulum *mibi*: data est, inquiens, *mibi*; quod non plane redundare sed *datiuus commodi*, ut loqui amant, esse videtur, ut apostolus significet, accidere id sibi cum magno emolumento suo, seque id satis expertum esse, quam bene conduceat sibi sudes illa, ad animi elationem reprimendam. Adiungit vero quoque apostolus vocabulum *σαρκι* f. *carne*, quo generatim naturam mali illius significare ac docere videtur, ad carnem proxime et maxime pertinuisse malum illud, doloremque ex eo perceptum; licet minime negemus, animum quoque apostoli eo fuisse afflatum. Corporis enim mala et dolores animum quoque afficiunt. Simplicissima nobis haec sententia videtur, quoniam verbis apostoli conuenientissima sine dubio est. Σαρξ enim in hac oratione non satis commode prauitatem adhuc inherarentem significat: (nec enim consilium apostoli, nec verba huic interpretationi hoc quidem in loco fauent) idquod parte tertia disputationis nostrae docebitur. In praesenti hoc tantummodo monemus, vocabulum Σαρξ, si proprie peruersitatem reliquam notat, apud Paulum maxime, opponi fere spiritui, siue habitui animi nouo ac spirituali in regeneratione effecto. Vel si etiam interdum solum ponatur, ex cohaerentia tamen et fine totius orationis tum perspicuum est, vitium in natura adhuc inherens illo significari. In hac vero oratione neutrum horum locum habet. Σαρξ ergo hic quidem, ut nobis videtur, corpus significat; in quam sententiam apostolus

DE RAPTV PAVLI.

53

apostolus, in primis de calamitatibus loquens, vocabulum in hac ipsa epistola accipit. Apparet id in primis ex Capite IIII, 10. II. vbi vocabula *σωρα* et *σωρε* aperte permuntantur. (cf. 1 Pet. IIII, 1.) Σωρη ergo commodissime significabit hic illam ipsam Pauli partem ad quam sudes illa proxime pertinuit, quamque afflixit. Vnum adhuc addere placet. In scriptis scilicet V. T. varii extant loci, qui magnam orationis similitudinem cum effato hoc Paulino habent. Sic. v. g. Moses Dei nomine Israelitis damna praedicens ex reliquis ac toleratis Cananaeis extimescenda (Num. XXXIII, 55.) *Si non expelletis, inquit, incolas terrae huius a facie vestra, erunt vobis iti, quos reliquos feceritis instar spinarum in oculis vestris, et aculeorum in lateribus vestris, et infestabunt vos in terra quam incolitis.* Apud Ezechielm vero (Cap. XXVIII, 24.) haec leguntur: *et non erit amplius domini Iraelis aculeus pungens, et spina dolores adferens ex omnibus circumiacentibus.* Quibuscum adhuc conferri meretur, quod (Cap. XXVIII, 6. 7.) occurrit: *Et cognoscet omnes incolae Aegypti, quod ego Dominus: propterea quod fuerunt baculus arundinis domini Iraelis: quando prekendebant te manu, frangebaris ac diffindebas ipsis totum latus; et quando immirebatur in te, frangebaris etc.* Ex omnibus his locis perspicuum est, dolorem atrocem atque exquisitum comparari dolori, quam spina vel alia res acuta corpori infixa adserit. Posset quidem alicui ex comparacione horum locorum in mentem venire, apostolum vocabulo *σωρη* non vt supra statuimus, alteram sui partem dicere, nec proinde id, quod nos putamus, significare voluisse, malum scilicet illud ac dolorem ad corpus proxime pertinuisse; sed id tantummodo indicare velle, dolorem animo adlatum tam atrociem esse, vt dolori per infixam sudem in corpore excitato comparari possit. At vero in locis modo allegatis ipsa res docet, verba improprie esse accipienda; nostri vero loci alia ratio est, quippe in quo nullum huiusmodi comparacionis vestigium aut in verbis, aut in rebus impressum appetat; nisi id iam probato ac probato sumas, apostolum proxime de malo aliquo animi loqui; quod tamen demum probandum est. Hac vero de re in tercia disputationis nostrae parte ex instituto disquirendum erit.

G 3

Maneat

Maneat ergo, si verba ipsa ex se ac propria maxime significacione spectemus, simplicissimum esse, si dicamus, apostolum vocabulo *σατανα* significare, corpus suum proxime ac maxime sude illa fuisse grauiter vexatum.

§. XXX.

Pergit vero apostolus malumque generatim descriptum iam distinctius explicat: *angelus Satan*, inquietus, ut *colaphis me cedat*. * Quod ad illum attinet qui affligebat apostolum, appellatur ille *angelus Satan*; quae verba, pro maxima sententiarum varietate et discrepancia de rei ipsius natura, varie quoque explicantur. Nos accuratorem ea de re disputationem tertiae partis referuatur, in praesenti modo vocabula ipsa, visitatamque illorum potestatem expendemus. Quaeritur ergo primo loco de vocabulo *Satan* praeferit, in quam sententiam hic accipiendo sit. Paulus alias in scriptis suis dicere solet *Satanas*, quod vocabulum per casus flectitur; *Satan* vero ut *σατανα* etiam in LXX. interpretibus rarissime legitur. Cum itaque apostolus hic ab visitato sibi loquendi more aliquantum recedat, eo difficilior conjectura de vera illius sententia fit. Vocabulnm *Satanas* alioquin in Sacris Litteris principem malorum angelorum signat, qui hoc nomine appellari solet, quoniam quam maxime Deo, consiliis ac caussae Dei aduersatur, infestumque animum quovis modo prodit; angelosque sibi addictos ad eundem furorem concitat. Dicitur etiam frequenter *diabolus*, quod nomen tamen hominibus quoque interdum imponitur, Satanae in primis voluntati abutendos se permittentibus, ipsique valde similibus. Sic v. g. Seruator de Iuda proditore conquerens, *nomine vos duodecim*, inquit, *elegi, unus*

* Quod ad coniunctionem verborum, *datus est mihi surculus carne, angelus Satan*, artinet, trifariam illa coniungi possunt obseruante IO. MARCKIO *Exercit supra landata p. 895*. vel, ut *angelus Satan* per appositionem cohaereat cum *surculo*, quamobrem BEZA suppleuit *et nemp*; vel, ut *angelus Satan* sit nominativus regens verbum *δοθη*, hoc sensu: *ille datus est mihi surculus, aut in surculum*; vel, ut *angelus Satan* in sensu sequatur post *me*, et vniue regar verbum sequens *και φερω*, hoc modo: *ut angelus Satan me colaphizer*. Nobis prima coniungendi ratio omnium simplicissima, ac prouide reliquis anteponenda videtur.

vnum vero ex vobis diabolus est? (Io. VI, 70.) Immo Dominus Petrum propter intempestiuam clementiam grauiter increpaturus, *abi post me*, inquit, *Satana*. (Matth. XVI, 23.) Satanus quidem concitauerat hostes Iesu ad caudem illius, confiliorum diuinorum ignaros; Iesus vero ipse illorum bene gnarus, illum ex hominibus Satanam s. aduersarium iudicat, qui bono quidem studio et animo, sed nullo iudicio ipsum a morte perferenda reuocare volebat. Simili modo Paulus illis repugnare cogebatur, qui periculi mortisque impendit metu, ipsum a perlequendo itinere Hierosolymitano reuocare volebant. (Act. XX, 12. 13.) Qui tamen multo lenius id faciebat, et quidem iure. Iesus enim discipulorum Dominus, Paulus modo Domini seruus, discipulorum autem modo condiscipulus erat; in Pauli vita longiore quidem multa, in Christi vero morte piaculari omnia sita erant. Accedebat praeterea immodestior Petri loquendi agendique ratio, verecundiae discipulum decentis fines transiens, que seueriori reprehensione coercitus erat; cum Dominus alias discipulis modestius ipsum ab itinere Hierosolymitano reuocantibus longe clementius responderit. (cf. Io. XI, 7. seq.) Sed redeamus ad institutum. Disputatur igitur, quomodo vocabulum *Satan* hoc loco accipiendum sit; reddit vero haec disputatio ad duas maxime quaestiones. Primo scilicet queritur, vtrum vocabulum *Satan* nominis proprii hic an appellatiui vim habeat? deinde vtrum in nominandi an gignendi casu accipi debeat? Quod ad primum attinet, vtraque sententia suos patronos habet. Si nomen proprium statua vocabulum *Satan*; commodissime significabitur angelus sive emissarius a Satana principe malorum angelorum in Paulum concitatus. Si vero nominis appellatiui loco habeatur; generatim ille qui Paulum vexabat, angelus aduersarius sive infestus appellabitur, quicunque etiam alioquin ille fuerit; qua de re in posterum erit dicendi locus. Nos illorum sententiam anteponimus, qui vocabulo *Satan* hoc loco vim nominis appellatiui tribuunt, et quidem eam ob causam, quia apostolus reliquis in locis scriptorum suorum, vbi *Satanae* sive principis malorum angelorum mentionem facit, semper illum vocabulo *Satanas* appellat;

DE RAPTV PAVLI.

§6

lat; a qua consuetudine loquendi cum hic recedat, cogitationes nostras eo videtur deducere, vt aliam notionem sub vocabulum *Satan* subiciamus. Quodsi obicias, apostolum si vocabulum *Satan* appellatiue voluisse accipi, nomine potius gracco appellatio, idem quod ebraeum *Satan* sonante vñrum fuisse; illud sane tanti non est, vt nos de sententia deducat. Nam primo, apostolus alibi quoque verbis ebraicis vñtir, vbi graecis vñi potuisset, ad Corinthios scribens (1 Ep. XVI, 22.) *Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema Maranatha.* Cur itaque difficile ad credendum videretur, Paulum in altera ad Corinthios epistola simile quid fecisse. Deinde potuit apostolus verbum ebraicum maluisse quam graecum in hac oratione ponere, vt per illud ramen *Satanae* sive *principis malorum angelorum* nos admoneret, idque nobis eo significaret: fuisse aduersarium illum, non tam ex hominum quam ex illorum numero, qui *Satanae* sunt subiecti. Quia de re pariter in tertia disputationis parte ex instituto dicemus. Interim si quis notionem vocabuli *Satan* propriam etiam hic praestare existimer, per nos nostramque de aduersario ipso sententiam licebit; ad quam nihil interest, vtrum nomen *Satan* hoc vel illo modo interpreteris.

§. XXXI.

Deinde illud adhuc disceptandum venit: vtrum vocabulum *Satan* in nominandi an dignandi casu sit accipendum. Ad nostram sententiam rursus nihil interest, vtrum eligatur. Quamobrem medii quasi ac liberi sine partium studio inquirere possumus, quid ratio verborum maxime suadere videatur. Si *Satan* in dignandi casu accipias, sententia commodissime haec erit: angelum fuisse a Satana immissum. Cui vero sententiae illud repugnat, quod supra de vocabulo *Satan* in medium protulimus. Anteponenda ergo videtur illa sententia, quae *Satan* in nominandi casu accipit. Verum etiam si hoc fiat, res tamen nondum plene confecta est; quoniam ne sic quidem de vera verborum sententia adhuc satis constat. Possunt enim verba etiam tum duplaci modo intelligi, vt vel *angelus aduersarius* sit *Satanas ipse* *xxxviii*, dictus, vel alius quidam, sive *spiritus malus*, sive *homo*. Nobis

Nobis posterius videtur verisimilius, idque eam ob causam, quoniam princeps ille malorum Spirituum *Satanae* nomine signari solitus, nunquam in scriptis N. T. quantum nos meminimus, *angelus* simpliciter appellatur. *Diabolus* nusquam dicitur *angelus*, sed *babet suos angelos*, recte scribit Ven. *BENGELIVS in Gnom. ad h. l.* (cf. Apoc. XIII, 7. seqq.) *Angelus Satan* itaque, ut summam quasi ex adhuc disputatis conficiamus, nihil aliud est quam *angelus* valde infestus, de quo forte ipsi Paulo dubium fuit, *vtrum ipse Satanas Kar^t εξεγέν* ita dictus fuerit, an alias ex grege illius minime vero gregarius, sed saeuia ac nocendi facultate ad *Satanam* proxime accedens. Sed considerandum nunc quoque est vocabulum *angelus*, de cuius notione in hac quidem apostoli oratione rursus dissentire interpres, non est quod miremur; cum de re ipsa tantopere inter se litigent: idquod quemlibet illorum notionem vocabuli ad eam sententiam accommodare cogit, quae ipsi semel probata est. Ut vero statim et breuiter nostras cogitationes aperiamus, id pro certo ac concessu ponimus, vocabulum αγγελος et αγγελοι, vistissime in Sacris Litteris spiritus illos solitarios significare, qui inter naturas creatas ratione praeditas principem locum tenent, quorumque agmen aliquod ingens, sub auspiciis vnius alicuius, in prima mundi aetate a Deo defecit, ac post hominum defectione, magnam quoque potestatem, per Christum tamen valde fractam et minimam, in humanum genus natum est. Hanc ergo notionem vistissimam, ac sine dubio principem, tam diu retinere aequum est, quam diu non ad sunt rationes contrariae ita comparatae, vt non tam suadeant, quam cogant illam relinquere. Nos vero hoc quidem in loco huiusmodi rationes non plus videmus, quam in loco illo altero prioris epistolae, (Cap. XI, 10.) vbi apostolus, mulieres in publico maxime ecclesiae conuentu, vult potestam seu tegumentum in capite habere propter *angelos*. Quantopere vocabulum αγγελοι interpres hic vexauerit, ac contra vexatum etiam ab ipsis fuerit; harum rerum vel mediocriter peritos fugere non potest. Nostra tamen sententia nihil simplicius est, quam illorum interpretatione, qui etiam ibi *angelos*, sive bonos, sive malos, sive etiam vtroisque dici

H

putant,

putant; licet ad bonos, saltim quam maxime, oratio apostoli pertinere videatur. Maneat ergo, angelum Satan spiritum aliquem malum esse in Paulum incurrentem, de quo ceteroqui distinctius loqui aut noluit, aut non potuit.

§. XXXII.

Restat ut de verbis reliquis agamus, quibus apostolus malum ab angelo illo aduersario sibi illatum explicat: *vt me colaphis caedat*, inquietus, *ne extollerit*. Primo igitur Paulus ipsam calamitatem perferendam tradit; deinde caussam illius rei iterato inculcat. Calamitas ipsa his verbis est expressa: *ut me colaphis caedat*. Dum apostolus dicit *ut me*, sententia eius haec in primis est, incurrendo angelum illum facuum in se, permittente tamen Deo, eo consilio ut sibi aegre faciat. Contumelia vero illa et iniuria in eo erat posita, quod colaphis caebedat. Sunt quidem inter interpres, quibus non verisimile videtur, apostolum malum illud quocunque, colaphorum nomine notatum, re ipsa expertum, sed solum metu illius territum fuisse. Verum sine dubio simplicius, verbisque conuenientius est, contrarium statuere. Si verbum *edōθη* ad Dominum ipsum referre malis, in eam sententiam, in quam Deus in Sacris Litteris aliquid dare, vel facere dicitur, quod iustis ex caussis non impedit, aut permittit; tum oratio apostoli hanc interpretationem habebit: datus, siue immissus est angelus Satan, et eo usque potestas illi mihi aegre facienti est concessa, ut etiam colaphis interdum me caedat. Quid vero sit colaphis caedere, siue qua in re malum ab angelo Satan illatum ponendum sit, apostolus pluribus non explicat. Quamobrem mirandum non est, tanta sententiariarum quasi diuertia facta, ut *crux Pauli* non incommodae a nonnullis *crux interpretum* appelletur. Nos rem ipsam in tertia disputationis parte disceptabimus. In praesenti duo modo generatim monemus. Primum est; durum admodum ac singulare plane esse oportuisse malum a Paulo perferendum, cum per se ac natura, tum etiam propter illum qui inferebat, quem nos spiritum aliquem malum fuisse contendimus. Merito enim illud apostolo grauius erat, quod ipsi, siue cuiusquam interuentu, ab ipso huiusmodi spiritu infligebatur, siue quod ab homini-

hominibus, ministeria licet sua diabolo praestantibus, profici-
scebatur. Quam durum vero fuerit apostolo mali illius perpessio,
ex eo quoque apparet, quod illud ter deprecari instituit. Info-
litum enim illud alioquin apostolo fuit, qui aequo animo cala-
mitates tolerabat. Si ergo recte concludimus; illud Domino in-
primis graue ac durum fuisse, quod in cruciatu suo deprecari
conabatur; non minus sane illud quoque de Paulo valebit, viro
sanctissimo, et aduersis quoque rebus exercitato, experimentisque
satis edocto. Si vero porro in caussam inquiratur, cur malum
illud etiam atque etiam deprecatus sit apostolus; nos quidem nihil
certi, in reminus aperta, definire audemus, conjecturam tamen no-
stram proferemus in medium, quam etiam si quis non probet,
non erit tamen, quod ut improbam damnet. Videmur videlicet
ex Domini responso ad preces Pauli cum aliqua verisimilitudine
confidere posse, quid apostolum inter cruciatus illos satanicos
maxime sollicitum habuerit. Responsum enim Domini his ver-
bis comprehensum est: *sufficit tibi gratia mea, virtus enim mea in in-*
firmitate perficitur. Ex prima responsi huius parte perspicuum
est, Dominum apostolo vel maxime *gratiam suam*, i.e. *fauorem et*
indulgentiam confirmare, eoque animum illius adflictum ergere.
Ex quo probabiliter conjecturam ducere licet, apostolum, propter
mali, quo cruciabatur, insolentiam, interdum ea cogitatione folli-
citatum fuisse, an forte propter erratum aliquod sibi non satis
perspectum, Domini indulgentia singularis, ad quam se alioqui
pertinuisse sciebat, erga se aliquantum imminuta sit? Quod si
ponamus; responsum sane Domini conuenientissimum, atque ad
occurrendum illi sollicitudini aptissimum erit. Idem enim est ac
si diceret: *perfer modo, et obdura, dolor hic tibi proderit olim, saepe*
tulit laffis succus amarus opem. Nec dubites etiam de meo in te
fauore immutabili, etiam in singulari illa calamitate sibi constante:
sufficiat ergo tibi scire, te in singulari apud me gratia esse. Solet
autem piis mentibus omnino facile accidere; vt si singulari malo,
quod vnu nondum sunt experti, adficiantur, facile in cogitatio-
nem incident, signum illud esse, se apud Deum, si non in offen-
sa, in minori saltim gratia esse quam olim. In Psalmis sane exem-

pla huius rei sunt frequentissima. Immo ipsi Seruatori subtractus sicutis favoris paterni sensus majori dolori erat, quam reliqua omnia. Notabile etiam est exemplum lobii; qui insuetis sibi et alias nondum toleratis calamitibus exercitatus, de fauore erga se Dei dubitare incipiebat, sibique non nisi signa irae diuinae vide videtur. Amici vero illius, boni aliqui viri et cordati, ex inusitatis malis illis confidere volebant, pierateret lobii in vita anteacta tantopere celebratam atque insignem, simulacrum modo et fucatum fuisse. Quid ergo mirum, si Paulo simile quid accidit? Homo enim adhuc erat, in curia quidem constitutus, sed nondum metam consequutus. Et forte etiam angelus ille Satan id sibi maxime propositum habuit, vt fiduciam indulgentiae Domini apud apostolum minueret; idquod in ipso Domino tentauit, cui ex penuria, quam in solitudine perferebat, rerum omnium, dubium reddere volebat, esse ipsum filium Dei. Sicuti enim magnum caussae sua praesidium in eo ponit, vt iis qui non sunt persuadeat, ipsos esse filios Dei, rem fallam pro certa venditans, quo minus fieri laborent, quod non sunt; ita in illos qui sunt, hoc telum illius est acerimum, vt illis rem certam faciat incertam, vt negligant et desinant manere quod sunt. Cum ergo fides gratiam et fauorem Dei apprehendens, ac firmiter tenens Saranae maxime sit adiuvera, immo victrix furorum illius; mirum non est, Satanum quoque illi maxime esse infensum, siuunque impetum maxime in illam conservere, omnibus occasionibus non solum arreptis, sed etiam vndeque quæsitis, quibus fidem Domini in dubitationem apud fideles adducere, ac proinde fidem illorum erga Dominum si non la-befactare, saltum sollicitare et exercere queat. Alterum quod de ma-lo generatim monemus, hoc est; quod scilicet non solum durum quid, verum etiam contumeliosum fuisse videtur. Colaphis enim caedere, et palma percutere, contumeliosum et ignominiosum vt hodie, ita etiam olim habebatur. Hinc serui, vilissimum et contemptissimum olim mortalium genus, colaphis caedebantur, vt etiam ex 1 Pet. II, 20. apparet; vbi apostolus, *quae enim, inquit, laus est, si peccantes et ideo κολαφίζομενοι. I. colaphis caefi toleratis?* Ex profanis scriptoribus profremus exemplum aliquod ex PLINIO (Epist. L. III. Ep. 14.) qui LAR-GIVM MACEDONEM virum prætorium a seruis in balneo occisum narrat; deinde vero subicit, qua contumelia iam olim in balneo ab equite Romano, palma quippe percussus, sit affectus. Ita enim scribit: *cum in publico Romæ lauaretur; notabilis atque etiam, vt exitus docuit, omnisq[ue] res accidit. Eques Romanus a seruo eius, vt iransum daret, manu leuiter admonitus, conuerit se, nec seruum a quo erat tactus, sed ipsum Macedonem tam gravior palma percussit, vt paene concideret. Ita balneum illi quasi per gradus quoddam primum CONTUMELIAV locus, deinde exitus fuit.*

Aestu.

DE MELITIA PATERI
AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

S. D.

P R A E S E S .

Quod has ad Te litteras do, aestumatiſſime Respondens,
id non ſolum ex more ſed etiam ex animo facio. Ex-
optatiſſima enim eſt, quam mibi bodiernus dies ad fert, oc-
caſo, amorem illum publica compellatione declarandi, quam
mibi erga Te iam dudum non ſubito quodam imperu, ſed certo
iudicio concepiſſe videor. Quum enim a prima aetate mibi
cognitus fueris, atque etiam ſub oculis meis ſtudiis ſchola-
ſtificis operatus ſis, praeflarum ingenium et ad litteras na-
tum in Te perſpicere licuit; quod nec ſocordia bebeſcere
paſſus es, nec praua ut multi fiducia, incultrum ac ſibi
quafe ipſi reliquiſti, ſed potius indefeffa induſtria ita colui-ſti,
ut litteris humanioribus bene excultus academiam
adire potueris. Id quod eo pluris faciendum arbitror, quo
paucloribus id bodie et ſua, et aliorum culpa contingere ſollet.
In academia degens auctorem et ducem ſtudiorum singulari-Dei
munere non ſolum natus, verum etiam libenter ſecutus
es Virum plurimum Reuerendum ac Doctiſſimum PAREN-
TEM Tuum, Fautorem et Amicum mibi admodum ſuſcipi-ēndum;
qui officio non minus quam affectui paterno ſatisfac-ſturus,
id ſumma cum cura egit, ut Te in omni litterarum
humaniorum genere ſine intermiſſione exerceret, ac praeterea
ad id maxime Te impelleret, ut ſtudium Sacrarum Lit-terarum

terarum in academia Tibi commendatissimum haberes. Quia
in re adeo non commisisti, ut fructu laboris et gaudii priua-
retur PARENTIS optimus, ut potius in discendis linguis
sacris studium Tuum operamque diligentissime posueris, re-
ctissime ratus, Theologiae studiosum non tam riulos conse-
ctari, quam ex ipso fonte haurire debere. Nec sufficit Tibi lit-
teras modo Ebraicas didicisse, quod alioquin hodie vel opti-
mis abunde sufficit, sed muniberis Dei, qui Tibi praeter in-
genium bonum, academiam simul patriam tribuit, prudenter
vsurus, adiunxisti quoque cognitionem linguarum orientali-
um reliquarum, quas in Sacris Litteris interpretandis usui
esse noras; de quibus attingendis plurimi vel per temporis
academicici angustias, vel per alias caussas ne cogitare qui-
dem aut possunt aut volunt. Commemorare haec paucis mi-
bi visum est, cum Tua, tum aliorum caufsa. Tua, ut tibi con-
staret, quantopere haec Tua studendi ratio mibi probata sit;
aliorum vero, ut habeant exemplar, quod sibi ad imitandum
proponant, si eo contendunt, ut ecclesiae commodis aliquan-
do recte inseruant. Cum vero omnis ingenii doctrinaeque
commendatio animi vitaeque turpitudine euertatur, id quoque
praetermittendum non est, Te etiam bac in re nibil in Te
desiderari passum esse, sed id omni studio egisse, ut scopulis
academicis sollicite euitatis, reclam vitae viam confanter
tenebas. Quod reliquum est, meus erga Te amor eriam at-
que etiam Te hortari me cogit, ut non solum in optimarum
verum doctrina processus in dies maiores facias, verum etiam
plurimum Reuerendi PARENTIS praecepta et exemplum
sequens, mentem Spiritui Domini diuinitus ac penitus for-
mandam porro permittas; Te, studia Tua, Tua denique
omnia

omnia Seruatori optimo magis magisque consecres, ac proinde
de in id per omnem vitam intentus sis, ut indulgentiae diuinae
muneribus in dies augearis, iisque ita utaris, ut ecclesiae ali-
quando veros, maturos, aeternumque perennaturos fru-
ctus feras. Ardentius Te amo quam ut verear, ne publicam
banc cobortationem meam ab optimo animo profectam, aliter
ac velim accipias; quin confido potius, Te non solum aequo
animo passurum, verum etiam gratum acceptumque habitu-
rum esse, quod publico etiam alloquio Te ad id impello, quod
non solum discere omnes et agere, sed etiam in dies melius
discere ac peragere debemus. Quod ad me attinet, Deum
immortalem Tibi porro propitium ex animo appreco, cuius
gratiam si inimus et retinemus, tum demum finem totius vi-
tae asequimur. De meo in Te animo, studioque res Tuas
etiam in posterum iuuandi Te minime dubitare, Tuo in me
amori credo, quamobrem verba ea de re facere supersedeo,
id potius aeturus, ut quantum per virium mearum tenuita-
tem fieri poterit, re ipsa nunquam non declarem, quantope-
re Tibi ac saluti Tuae, cum Tua ipsis, tum etiam plurimum
Reverendi PARENTIS Tui causa, et cupiam, et cupere
me etiam debere persuasum babeam. D. in Fridericiana.

Non. Sept. clo DCCL.

TV

TV vana mittens dissidia integer,
Quae mota carpit nuncius aetheris,
Spernensque fucum fabulosum
Pristina Christiadum celebras

Splendore diuo fulgida nomina.
Migrantem adumbras littora naufragia
Telluris et poli superna
Gaudia Tarsigmoidam perentem.

Sic transuolantem flammæ fidera
Aethraeque lymphas TV celeri pede
Vrgens paras sollers sequaces
Ingenui cupidos honoris.

Hunc porro planum corripe tramitem,
Ac tende gressus ad sacra limina
Sedis coruscae. Opaca cedent
Sic TIBI nubila, lucidosque

Frequens meatus dux alios doce
Calcare. NVMEN sic TIBI munera
Congestet ampla, TV solo ortis
Deliciis fruere et benignis.

Paucis hisce Nobilissimo Doctissimoque Domino
Respondenti ex animo aplaudit

Ioannes Philippus Carrach
Juris Vtiusque et Philosophiac Doctor.

IOAN.

IOANN. AVGUSTVS MAIER

V. D. M.

AVGVSTO GOTTLIEB MAIER

Filio

Χαριν, ελεος, ειρηνη!

Cum Ven. Praesidis autoritate magis quam meo iussu ad publice tuendam de Raptu Pauli disputationem accinctus sis, atque intelligerem, vacuae aliquid superesse chartae, quod expletum malit typographibus; huic ut satisfat desiderio paucula conferre institui, quae coepitis imponere sufficient colophonem exitumque eorum expedire. Absit vero ut tempus ludam inanibus verbis; absit, ut in adulacionem progrediar, aut tibi belle dicam. Ad illud quidem mibi ne tantillum quidem otii est nec animi; hoc vero a moribus paternis abhorret, filiique obeset verecundiae. Persequar potius institutionem, et, quae meam hoc scriptum legentis animum subdere, tecum communicabo. Atque, ut hinc ordiar, isthaec mibi lectio memoriam saepius, cum adolescerem, e sacris rostris auditorum refricuit: Paulum Theologiam suam in tertio caelo didicisse. Cerre non leue hinc pondus accederet Theologiae Pauli commendandae, si isti sua constaret veritas adserito; quid? quod facile incaurus quisque induci queat ad assensum ei praebendum, si sublimitatem rerum in epistolis Paulinis passim obuiarum, sublimeque dicendi genus, quo vti solet, in consilium vnicce adhibuerit, aut reputauerit secum,

secum, ipsum hic ibi *Apostolum* videri ad eiusmodi revelationem prouocare, e.g. *Epb.* III, 3. ubi diuinitus sibi collatum ait mysterium, quod nullis aliis seculis declaratum est hominum generi, ut nunc patefactum est Sanctis Apostolis. *Immo commate 8. testatur:* sibi omnium Sanctorum minimo id beneficium collatum, ut apud gentes infinitam Christi opulentiam publicet, et omnibus perspicuum faciat, quae sit mysterii communio, quod ab omni aeternitate apud Deum fuit celatum etc. *Vrique et res et oratio Paulina tantum inter plerosque si non omnes viros Dei noui etiam foederis (Iobannem si excipias) caput efferrunt, quantum lenta solent inter viburna cupressi.* Verum enim vero rem rectius pensant atque cum Paulini ministerii chronologia conferenti manifestum, credo, fieri, eo saltim sensu, quem verba dant ante in medium prolati, Paulum dicere baud posse Theologiam suam in tertio caelo didicisse. * *Raptum enim Pauli cum iis, quae iter Damascum facienti et prope conscientie euenerunt, (Act. VIII.) baudquaquam esse confundendum, omnia, puto, quae circumstant, eloquuntur. Tantum abest, ut Dominus eum tunc temporis institutione theologica dignaretur, ut potius anxie percontantem, quid factu opus sit? ad Ananiam ablegarit, qui copiam ipsi faciendum sit facturus.* Quodsi vero Paulus tunc, cum in disciplinam Christi ingrederetur, protinus eius futurus praeco, Theologiam suam non in tertio caelo didicit, cerre nullo istud prouerbium niritur fundamento. *Ipse Paulus ubi in eo est, ut raptus sui disertam faciat mentionem, eidem aperte, nisi*

* B. WEISMANN. H. E. p. 50. (r.) Edit. II.

me omnia fallunt, contradicit. Praeterquam enim, quod
tempus, quo raptus contigit, determinate figat in anno ante
scriptam banc epistolam decimo quarto, qui cum primis conuer-
sionis suae inititis nevir quam conciliari potest; testatissimum
ipse facit: se audiisse ~~oecentraenata~~, quae nemini hominum
fas sit eloqui. Quod si igitur Paulus auditu percepit captum
et linguam superantia, quod si nec ipse ea elocutus sit ho-
minum vlli, nec integrum ipsi fuit eloqui, quid, quae-
so, ad Theologiam Pauli ista vniuersa? ad Theologiam,
inquam, cui cum vniuerso, quaqua versum late patet, orbe
communicandae, totis per omnem vitam viribus incubuit?
Didicit ergo Paulus Theologiam suam non in tertio quidem cae-
lo, ac de caelo seu diuinitus, ex Patre lumen, qui lucem
ex tenebris lucere iussit, animo suo illucente ad clari-
tatem cognitionis gloriae Dei in Iesu Christi persona,
quod ipse gratus bac ipsa in epistola proficitur c. IV, 6. Didici-
cit Theologiam suam illapo caelitus in se eodem Spiritu, qui
Pentecostes die socios muneric diuina luce collufravit virtu-
teque induit. Liberalior proinde B. BALDVINVS, quam pro ne-
cessitate, mibi videtur, qui frequentatam ita temperare
admititur sententiam: „quod non praeceps de hoc Pauli raptu
„intellectam velint Theologi, sed de iis, quae Christus in statu
gloriae cum Apostolo egerit, quae mysterii plena erant et
„omne humani ingenii acumen omneque eloquentiae flumen
„longissime exc edebant.” * Immo vero distare hanc ab ipsis
verbis paraphrasin in oculos, arbitror, incurrit omnium.
Facillimi interim simus in verbis phrasibusque condonandis,

modo ne rei praeiudicium pariant veritatem. Esse vero, cur dictae sententiae granum salis adspergendum sit, vel Socinianorum temeritate discimus, qui raptu Pauli ad Theologiam descendam turpissime abutuntur, ut figmento suo de Christi eodem fine in caelum raptu patrocinium inueniant. Cui iam nihil attinet immorari.*

Quid vero, (ut pergam in iis, quae animo inter legendum volui, aperiendis,) quid, inquam, si Petro indulisset, quem Paulo tribuit, raptum diuina dispensatio? Quid rum de Petro futurum fuisse in Romana Ecclesia? Sedem ipsi locat, immo, quantum per ipsam, circumfirmat Romae. Sedem! Mireris! ubi IESVS triumphum aeternus nemini Legatorum uspiam per totum terrarum orbem sedem adsignaverit, quin, uniuersum orbem eorum fidei commiserit testamentoque quasi legauerit Matth. XXVIII, 19. exilium praeteare magis quam sedem ubicunque praedicens c. X, 22. 23. Sed si Petrus ad Pauli instar in tertium caelum raptus fuisset, hem! non Romae sed in caelo, in tertio caelo thronum ei praturam fuerat superstitio. Cauit itaque bac dispensatione sua praevidens ac prouida Dei sapientia, immo mature praeacuere satagit, ne in Petro supra modum uehendo sequior actas per insaniam laboraret. Omnis si Apostolum Apostolo dignitate antecellere vellat Dominus, non Petro, Paulo potius, primas hoc ipso raptu dedisse esset censendus.

Sed quo consilio in tantam familiaritatem Paulum immisit Dominus? Est huc reliquum, quod legens cogitauit. Deterre quidem ab illo inquirendo ipse Paulus queat, quam

* Videatur idem BALDVINVS l. c. in seqq.

abstru-

abstrusae, aienis, sunt eius rationes? quis Domini mentem nouit? Rom. XI, 33. At vero uti nec Paulus sine maturo consilio tantae rei tam diuturno silentio inuolutae maiestatem patefecit tandem atque elocutus est: ita humilis et intra limites subsistens consilii diuini inquisitio decet hanc manifestationem dignaque veneratione prosequitur. Paucis vero dicam quod sentio. Scilicet, ut persuasum mibi est, Pauli bunc raptum eodem tempore accidisse, quo cum Barnaba sollemniori ritu ad arduum iter inter gentes suscipiendum initandus erat Antiochiae: (Act. XIII.) ita credibile omnino est, hoc aeternae vitae praegustu seruum bunc aduersus tot tantaque rerum immo ipsius vitae discrimina facile animo praecepita praemuniriendum fuisse, ut par deinde vel ex sola tanto rum praemiorum recordatione sit exantlandis laboribus uniuersis difficultaribusque superandis.

Verum et si prolubium subiret me, haec omnia uberioris in tuos, Fili usus conuertere, vela tamen orationis contrahenda, ne cum typographo in gratiam sit redeundum. In sum-
mam omnia compingam, atque opportunitate bac usus primo
cum Ven. Praesidi tum uniuerso Theologorum Ordini,
(quorum Singuli singularibus in te formando meritis fulgent,) gratias, quantas maximas mente concipere possum, publice ago babeoque; deinde tibi cum animo statuendum inculco,
non casu sed Dei nutu banc tibi sortem obtigisse, ut prima
in cathedra verba de Paulo in caelum raprofaceres. O Theop-
abile! memor, dum supereris, esto Theologiae Paulinae!
memor viae, qua ad illam duxus est! memor modi, quo co-
luit

luit illam firmavitque in mentis penetralibus! memor rationis,
qua omni hominum generi eandem persuadere allaborauit! mem-
mor modestiae, quam in donis muneribusque Dei ipsi quam
eminenter collatis exhibuit! memor crucis, quam in caus-
sa Domini forti animo multiplicem pertulit! memor tenta-
tionis raptum consecutae, quae ipsi haud in nocumenta sed
in augmenta viuifcae lucis experientiaeque cessit! memor
tandem gloriae, in quam omnis eius cursus desit! Beatum
te, terque quaterque beatum, si a tergo longissime post te
relictio immo contemtim habito plurimorum circa Theologiam
versandi modo hanc Pauli, hanc, inquam, Theologiam
non diurna solum nocturnaque manu verses, sed pleno ani-
mi haustu imbibas. Ita te amabit DEVS! ita te amabunt,
qui sunt Dei, (qui vero Dei non sunt, nibili instar sunt). Ita
et ego amabo te aeternoque amore complector! Vale, mi-
Fili, curaque, ut sanum sit cum sana tali mente
corpus! Iterum vale!



ad 21.

ad 24.

00 A 6402



Sb.

Vd 17



DISPVTATIO EXEGETICO - THEOLOGICA

P R I O R

DE

RAPTV ET CRVCE PAVL I.

Q V A M

P R A E S I D E

VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO

IOANNE GEORGIO KNAPP
THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORDIN.
ORD. THEOL. H. T. DECANO

FAVTORE ET PRAECEPTORE
AETATEM COLENDO

D. SEPTEMBRIS A. CICICCL.

PVBLICE DEFENDET

AVGVSTVS GOTTLIEB MAIER
HALENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS ORPHANOTROPHEI.